

Ex. 25.

De hoc libro v. Exc. ex Thomasio Epist. in Arminio actis
Litt. ex ms. erut. p. 42. Fasc. VII.
Panzer ann. VII. 218. n. 796.

Büschius ad ripas Rhoeni quoties sua carmina Rh
cantabat, Nymphis curaꝗ amorꝗ suū.

HERMANNIBVSCHII
PASIPHILIPOETAE
CELEBERRIMI,
LIPSICA, CVM
PHILIPPI
Noueniani Haf-
furtini, Scho-
lijs.



EPIGRAMMA CHRISTOPHO-
RIHEGENDORFINI LIPSICI
IN LIPSIAM BVSCHII.

Bis veluti Bacchū lucem venisse sub ipsam
Vatis Apollinei, scripta diserta, pbant.
Sic liber hic quondā natus Iunone secunda
Pelle noua indutus pdijt ecce recens
Hunc Scolijs auxit nulla nō arte PHlippus
Insignis, Patrij, gloria magna, soli.
Illius auspicio redit hęc fœtura sub auras
Quę tibi tam placeat, nobis vt illa placet.

τελος.

IN σχολια PHILIPPI NOVENIA
NI TETRASTICHON IOAN-
NIS HORN BVRGII ERY-
THROPOLITAE AD
LECTOREM.

Heus puer huc Cirrate viden, Tritonia Pallas
Quā clemēs? cūctis dans Helicōis aquas,
Iam tibi Parnassi summo de vertice rupis
Aedit, quas cumulat rite PHlippus opes.

τελος.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,
 ET DOMINO .D. GEORGIO
 Saxonū Duci, Marchioniq; Mysie, & præ
 sidi prouincię Tyringię, Heroi piētissi
 mo, studiosorūq; Meccœnati libera
 lissimo, Philipp⁹ Nouenian⁹
 Hassfurtinus .S. D.

Hoc magno mortaliū cōsensu cōstat Geor
 gi Princeps optime, deū illū vltamūdā
 nū nullo beneficij genere tā hominib⁹ p̄
 picere, q̄ si Principē omni virtutū cumulo suspici
 endū, nullisq; nō modis sapientē, ac vere in deū su
 perosq; pium terris largit̄. Eteḿ vt illud taceam⁹,

אֵיךְ אֵיךְ בָּרַךְ וְרַב עֲזָרָהּ חֲזַק לְעַלְמֵי כ
 אֵל עֲטָדָל: בְּלִיךְ חֲסִי לְבִנְיָמִן וְיִי

adeo plane verū, vt ne a Momo quidem inficiari
 possit, Quis nō videt totā subditorum vitā a prin
 cipe pendere? Vt eḿ is est virtutum studiosus, ita
 ditionis suę homines esse necessum est. Nam na
 tura pene, quo ad eius fieri potest, vsuuenire vide
 mus, vt quū principis, qui exemplar est suorū, vi
 tam, gesta, virtutes, subiecti contemplant̄, in eius
 abeant mores .ita sane Alexandro illo imperante
 alios Gręcos fuisse mihi p̄suadeo, q̄ superioribus
 regibus qui suo luxu Græcię libertatem perdide
 rāt. Quod si vero destitut⁹ fuerit sapientia, ac mul
 tarū rerum magistra, experientia, quis? nisi Tire
 sia cæcior, non p̄spiciat? quāta regno suo pericula
 immineant. Siquidē est & hoc decantatissimū,

אֵל עֲטָדָל: בְּלִיךְ חֲסִי לְבִנְיָמִן וְיִי

A ḥ

Hęc em̄ illa est diuina Sapiētia, qua Principes bene imperant, qua Reges amplissima quæq; regna magno omniū commodo gubernāt, qua sine fieri non potest, vt vel arctissime politia. nedum summa imperia recte administrent. hinc & Regum potentissimus, sapientissimuscq; exclamat,

לְעֵינַי אֵלֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ
כִּי אֵלֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ
כִּי אֵלֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ
כִּי אֵלֶיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ

Nec tamē vt vt princeps virtutib⁹ ornatus, & sapientia præditus fuerit, populorū salutē per om̄ia recte curabit, si deum ipsum, qui honore eū inter mortales amplissimo dignatus est, neglexerit. si eius curam posthabuerit. si religioni pię min⁹ fuerit deditus. Etem̄, si Rhomani, vt ille scribit, se rerum domios fore arbitrabātur, dum diuinæ potēcię bene & cōstanter fuissent famulati, & Homer⁹ ille poetarū sapiētissimus canat, ὅσκιε θεοῖσ ἐπιπείσθηται, μαλατ ἐκλῶν ἄυτου, Quid Christiāis Principibus faciundū hac in re censeamus? Quę om̄ia imortalis tua Sapiētia, dux illustrissime, vel a puero meditata habuit, vt etiā nihil in fluxis illis acaducis nature rebus tam amplexus sis. q̄ virtutis studium, quę sola immortalē facit, quęq; vnica est & vera mortaliū possessio, cuiuscq; sunt Sallustio authore, quę homines arāt, nauigant, edificant, hac tu Princeps inclyte, eū in modū excelsis, vt neq; cuiq; hic vel Regum cedas. In te em̄ regię virtutes omneis perlucet. Tibi illa Magnificētia hereditario a diuinis parentibus tuis iure obuenit, qua tuo in regno monasteria ab imo, vt di-

cit, fundo edificantur, vrbes amplissimis edificijs
vel noue conduntur, vel veteres instaurant, arces
munitissimæ passim eriguntur, liberaliūq; discipli
narum, & om̄is sapientiæ asylum Lipsiam tuam
adeo tu, maioresq; tui, & cum primis seculorū me
moria dign⁹ Heros, ALBERTVS parēs tuus.
nulla non re ornastis, vt si om̄ibus humanæ foelici
tatis dotibus cætera Germaniæ Gymnasia nō su
peret, nimirū equat. Te Iustitia, quæ etiā proxima
Ioui adsistere memorat, peculiarem sibi *νομοφύλακκα*
selegit, per quem ipsa mortalibus cōmodet.
Sapientia tibi a paruulo semper adamata fuit, vt
cū Salomōe illo, cæteris neglectis, hāc solā a deo
expetuisse videaris, qua factū ē vt liberos tuos,
illustrissimos Principes IOANNE M ET
FRIDERICVM, simul morū integritatē, simul
liberalium disciplinarum, om̄isq; bonæ rei cōgnī
tionem, partim tu, partim præceptores, quos eis
non sine singulari prudentia, & integerrimos, &
doctissimos præfecisti, edocuerint. vt iam alter di
tionē suā magna om̄i admiratiōe felicissime admi
nistret, alter adhuc sub eruditissimo viro GOT
FRIDO SYBOTO, virtutis atq; literarū stipē
dijs faustiter mereat, adeo sua indole nobis præ
clarū, & om̄ibus modis summū Principem polli
cens, vt cūctorum votis a deo expetendū optan
dumq; sit, quo nobis tantæ spei adolescētē super
sse sua benignitate sinat, quod nobis non de fore
psuasissimum habeo. Quandoquidē tanta tua in
deum superosq; Religio ē, vt id pronūciare vt cō
stanter ita vere possim, hac in re cæteris te princi
bus vnicū esse exemplar, & vtinam te hic archety
pum Heroa intuerētur, fieret, vt res Christianorū

A iij

pacatiores essent, de hac itaq; singulari in deū &
superos pietate tua consultius est multo, me tace-
re q̄ pauca dicere, Hoc vnum addam, innumeras
virtutes tuas easq; sūmas, & hanc clementiā, hu-
manitatēq; maximam, me pellexisse, vt animū in-
duxerim celsitudini tuę hoc opusculū quod in glo-
riam potētissime vr̄bis tuę Lipsię scholijs nō nihil
expoliui, oli a HERMANNO BVSCHIO
poeta insigni, quem tua liberalitas hic triennium
annuo stipendio quōdam fouit, eruditissime con-
scriptū, nomiatim dedicare. vt quo nam pacto in
te diuinum Heroa & principem om̄ib⁹ numeris
absolutum, inq; vr̄bem tuā, atq; adeo Academiā
animatus sim, inde cognoscas. quod etsi in speciē
exile donum est. tamē, quod nemo æquus rerum
censor inficiabit, & vr̄bi tuę & amplissime ditioni
plane honorificum. id quod poeta ipse Buschius,
in prēliminari epistola vt elegantissime ita verissi-
me magnis etiam auctorib⁹ probat. Etiā persuas-
deat sibi Sublimitas tua, q̄ primum cōditio mea
foelicior tranquilliorq; erit, me deum benignitate
donarijs non omnino pœnitendis Academiā tuā
non dehonestaturū. Iam em̄ quam eidem varioꝝ
authorum varijs prēlectionibus operam nauem,
malo ex alijs q̄ me cognoscas. Viue et vale foelici-
ssime, Pr̄cipum decus, Saxonięq; domus co-
lumen, ac studiosorum om̄niū Mecœ-
nas liberalissime. Lipsiæ tuę. Ca-
lēdis Februarijs, anno a vir-
ginis partu supra ses-
quimillesimū vi-
gesimoprīmo.

CONSVLIBVS SENATVIOVE
LIPSENSI HERMANNVS
BVSCHIVS PASIPHILVS
LVS SALVTEM.

Preclara ratio est viri Lipsenses: meo iudicio: & in primis utilis: qua omnes vere potentes & egregie vrbes: imo ipsi urbium & regnorum principes: suas pace & bello: domi forisque res gestas fidelibus litterarum monumentis publice commendari ab initio semper voluerunt. Tanto etiam studio eorum atque favore, qui hoc opus aut tentare sunt ausi, aut feliciter aggressi profecerunt, ut maximis eos honoribus, opibusque sint persecuti. Sic Thucydidem imperatorem suum Athenienses ciuitate eiectionem, cum ad scribendum res gestas eorum se contulisset, in patriam ab exilio ipsum reuocauerunt, honorantes eloquentiam cuius ante virtutem damnauerant. Sic & Alexander ille totius Orientis domitor: cuiusdam poetam minus idoneo bella & opera ipsius quamquam parum ex regis dignitate complexo, pro singulis versibus singulos philippos aureos rependi iussit. Quem imitatus & ipse bellica virtute magnus Gn. Pompeius Theophanem Mityleneum scriptorem rerum suarum: in citione militum, ciuitate donauit. Hinc Plinius inquit moris antiqui fuisse, eos qui singulorum laudes: vel urbium susceperant: aut honoribus, aut pecunia ornare. Et certe ut idem Auctor alibi quoque ait, Si curam nobis esse solet ut facies nostra quae breui spacio etatis canis deformat, rugis arat, ab optimo quoque artifice exprimatur. Cur non potius optamus ut operibus nostris quae sola est eterna possessio: optimus scriptor predicatorque cons

tingat? Est hoc certe (vt dicam quod sentio) vel
maxime optandū / curandūq; & præsertim Ciui-
tatibus . Nam in illustrium virorū : aut nobilium
Ciuitatum rebus gestis occurrunt vite / mores /
cōsilia / temporū / fortunarū mutationes / atq; eue-
tus , ex quibus tanq; ab exemplari multa indices
capere atq; haurire posteritas potest : per quæ &
publicis & priuatis vtilitatibus rationibusq; pro-
uideatur cōsulaturq; . hinc Alexāder Princeps ro-
manus : quoties sibi deliberandū de negotio bel-
lico foret : peritos hystorię homines in primis cō-
sulebat Vbi iam scriptores nullo in precio haben-
tur : et negliguntur An non in illis Ciuitatib; hæc
omnia interim pereunt : atq; intercidunt ? quorum
(si tradita essent literis) multiplici Copia Iunio-
res ad vitam non solum priuatā : sed etiam ad mu-
nera publica obeunda instructiores reddi potuis-
sent . Quid ? quod non minus est vtilis in Ciuita-
te aliqua : ingens copia bonorum exemplorum :
q; bonæ leges . Illæ em̄ impio cogūt . At infidelis
recti magister est met; . Exemplā vero alliciunt :
atq; inuitant . Et in primis hoc in se boni habent :
quod approbant : que præcipiunt fieri posse . Vbi
autē hæc nulla extāt : vbi nullę hystorię domesticę :
nulli Scriptores qui bonos viros laudando extol-
lunt : improbos vituperando detestantur : ibi sine
dubio peccare minus timet iuuentus , & confiden-
tius flagitia integrat . quasi in tenebris versetur :
ignoretq; . Huiusmodi itaq; infamię atq; dedeco-
ris metu exterremur a vicijis : & laudis dulcedine
ad virtutē honestatēq; accendimur . Nec Philoso-
phos hic magnopere : quid de contemnenda lau-
de & gloria : loquantur aduërto . Sed magis cum

Cicerōe dico vt leuitatis est inanem aucupari rursus
morem, & omnes vmbrae etiam falsę glorię consecrari / Sic leuis est animi lucem splendoremq; fugientis, iustam gloriam qui fructus est verę virtutis honestissimus, repudiare. q̄q̄ scio q; maiore animo fructus honestatis in cōscientia q̄ in fama reponat, quid propterea vetat si recte facta sequi voluerit, eam æquo animo admitti. Sicut em̄ appeti fortasse non debet, ita neq; sponte adueniēs extrudi. Et cur recta conscientia honestę fame testimonium aspernaretur: cum mala, etiam inuita nolensq; suos testes sit habitura? Sed quorsum hec tā longa oratio, de rerum historiarumq; Conditoribus? de laude ac fama non repudianda? In hunc finem ornatissimi prudentissimiq; viri Lipsenses omnia hec a me dicuntur, nō vt doceam vos, sed vt vestram laudē vos ipsos respicere aliquādo atq; agnoscere cogam. Quorum prudentia singularis / virtusq; egregia vt in cæteris omnibus / ita q̄ in hoc genere nō mediocriter enitescit Q, in fouendis bonis artibus / ornādisq; excellentium virorum ingenijs nulli nō dicam vrbiū / sed nec gēstium studio conceditis. Hī mores vestri præstantissimi honestissimiq; viri Lipsenses / adeo me vobis iam pridem deuinxerunt / vt assidue mecū cogitem. Quomodo meo labore meisq; vigilijs nomen Lipsensium (alioqui per se illustre satis) māsuris (vt ita dicam) vocibus tradam. Idq; me reperisse propemodum iam arbitror / sed donec illud parturiam, Quęro hoc nostrum, viri humanissimi, de vestre vrbis apparatu Carmen / vestro nomini dedicatū a me / non minus religiose q̄ si musis ipsis dedicandum fuisset fronte, vt soletis, sere

B

na legite atq; suscipite. Valete optimi atq; huma-
nissimi viri Lipsenses & me vestri honoris/nomi-
nis/dignitatis/studiosissimum vobis commenda-
tū habete. Anno .M.D.iiij. xv. kalen. Nouēbris.

ODOEPO RICON HIERONYMI
EMSERII.

Qui tua Lips primus curuo signauit aratro
Mœnia, cum gemino candiduloq; boue.
Te simul vt posuit fato subiecit & quo,
Et tua permisit, voluere fila deas.
Vt posses longos illis presentibus annos
Viuere, non equis ocys esse nihil.
Sunt etem vt nobis sic vrbibus omine certo
Prescripti fines, interitusq; sui.
Sicq; Semiramidis sublimia tecta ruere.
Sic Pharaoneq; marmora picta, domus.
Sic Thebe, sic Troia iacet, sic Pallados arces,
Sic Solyme fato, templa superba, suo.
Sicq; renascentis flagrarunt mœnia Rhomę
Sepe, sed extingui funditus illa nequit.
Nec tu Lips posthac cęcis obnoxia fatis
Debebis morti, teue decusue, tuum.
Nam tibi perpetuę donauit munera vitę
Buschius, Aonio vota probante choro.
Quare age de tanto (ne sis inamabile nomen)
Munere, iam fati sis bene grata tuo.

HERMANNI BVSCHII P A S I
phili de laude cultuq; vrbis Lipsensis Silua,
cui titulus Lipsica.



ILVAS, antra, lac⁹, flo
rētia pascua, fontes,
Frugiferos & agros, &
dēdala rura, situmq;
Lips formosa tuū, mos
resq;, & clara virorū

Pectora, nunc versu facili describere conor.

SCHOLIA.

¶ Carminis huius inscriptio est Silua, id est extē
poraneum & velocissimo stilo cōcinatum poema
in quo primū omnium carmine asyndeto ad hāc
rem plane apto Latinorū more poeta proponit,
Gręci em̄ id quod satis cōstat, mox ab inuocatio
ne exordiuntur sic Hōerūs in Odyssēa ἀνδρα μοι
ἐννεπε μουσα πολυτροπον etc. & Hesiodus ἐν εἴς
μοις, μουσαι περιθεσιν κοινῶς κλειουσιν. Cæterū
quū poeta vt om̄ibus reliquarū artium generibus
ita cum primis rhetoricę innixus sit, noster, vt est
homo eruditissim⁹, carmen hoc omnino iuxta de
mōstratiuum gen⁹, quod & laudatiuum ac græce
εὐκομιαστικόν dicitur: instituit, id quod ex sola p
positione claret. Etem̄ illud causarū genus Cice
rone passim & Fabio libro iij. auctoribus, sua ar
gumenta ex bonis vel corporeis vel Fortune vel
animi ducit, Eam em̄ bonorū partitionem a peris
pateticis rhetores acceptarūt. Ita quoq; poeta nō
ster primū sibi situm naturāq; Lipsici agri descri

bendam quū ait: bona indicat corporis. Quū rerum copiam vrbisq; & edificiorū magnificentiā, fortunæ bonis pponet. Vbi vero egregios ciues eorūq; præclaras virtutes & ppensum ad omnia pietatis officia, studium canere se velle testat, bona animi: duę virtutes sunt: innuit. Verum de his plus satis.

¶ Dædala rura. Dædalus ingeniosus dicitur vel ut quidā, per metaphoram a fabro ingeniosissimo vel: quod magis placet: quia græci δαιδαλον & ingeniosum & varium dicunt, hinc rura a Lucretio dædala dicta ob varios variorum florū colores pferendos. Sic em̄ lib. i. canit Aduentūq; tuū tibi suaues dædala tellus, Submittit flores.

¶ Lips formosa, Ob amenū aspectū quo mirum in modum hæc vrbs excellit. Ceterum scias varia hoc oppidum ab auctoribus nomina sortiri Nā Sabellicus vocat Lipsigiū, Alij Lipzigū, Author noster Lipsim, Richardus Crocus homo Britānus & vtriusq; linguæ callendissimus, meusq; in græcis lris præceptor nunq; satis laudatus, Lipsiā solebat appellare: idq; iam frequentius sequimur.

¶ Clara virorum pectora, id est, excellentē viroꝝ prudentiā. Hoc em̄ sepe pectus notat, Nā in epistolis Horatius ita. Nū tu corp⁹ eras sine pectore.

Horrida sanguinei spirant qui prælia Martis,
Europę Troięq; manus, funestaq; fratrum
Funera, Thebanus late infamantia campos,
Qui grauiore loqui cupiunt, & pangere plectro
Larga Medusei deposcunt flumina saltus,
Aonięq; rogant propiorem verticis auram

Et data Castalię, maior sit copia, ripe.
SCHOLIA.

¶ Horrida sanguinei, Pulcherrimū Martis epis-
theton a natura rei sumptum, Mars em̄ belli deus
natura gaudet sanguine, vel quod illud ipsum ef-
funditur bello, vel quod apud Scythas humano
sanguine placabatur, ¶ Spirant μεταφορικως
p̄ tumidi & turgentes concipiūt ¶ Europeę Tro-
ięq; man⁹, id est, bellū Troianum, qđ Greci qui
in Europa sunt, cū Troianis decēnio gesserūt, id
quod Homericis: Vergilianisq; plane diuinis car-
minibus notissimū est. ¶ Funestaq; fratrum, bel-
li Thebani periphraſis est, Eteim̄, vt ex Papinio,
qui id cōelegantissimo opere absoluit: constat Oe-
dippi Thebarum regis ex Iocasta Eteocles &
Polynices filij, post parentum mortēquum ita in-
ter ipsos conuenisset, vt annis alternis regnarent,
ac dum alter imperio potiret, alter interim apud
externos exularet. Polynices itaq; iuxta id fędus
primo anno exulans se ad regem Archiuorū cō-
tulit, cumq; ip̄o affinitatem, filia eius in matrimo-
nium accepta, iunxit. Iam tādē anno exacto quū
in regnum iuxta pacta redire vellet: a fratre Etes-
ocle prohibitus crudelissimum bellum excitauit,
tantisq; inter se posthac flagrarunt odijs, vt & se
mutuis vulneribus conficerent, vt in rogam im-
posita ipsorū cadauera pugnarent, rogiq; flāma
scinderetur. ¶ Larga flumina: id est: largos hau-
stus. ¶ Medusei saltus, hoc est, Parnassi in cuius
vertice arborib⁹ plēno fons hippocrene est, Nā
Perseus Iouis fili⁹ qm̄ Meduseā in Libia mōstrū
interfoecisset, ex sanguine eius equus alatus atq;
pegasus dictus subito astitit, qui Parnassi iugum

B ij

quū pedes vngula feriret fons lympidissimus, &
quidē, vt pleriq; auctores sunt, vocalis aquæ eru-
pit, quē poetę gręca dictione ὑπποκρηνην vocāt,
ὑπποσ εἶν equus κρηνη fontem notat, ¶ Aonijq;
Eadē pene mutatis tantū verbis sentētia est, Hoc
eī & poetis familiare est, & carmini nō parū gra-
tiæ conciliat, idem bis inuersis verbis dicere Por-
ro Aonium verticē, Parnassi intelligas: Siquidē
Aonia eadem est cū Bœotia in qua Parnassus,
Quamq; me non clam est Aoneos etiā Bœotia
mōtes esse. ¶ Et data Castalia: Illud ipsum iam
alijs atq; alijs verbis refert, hinc facile patet diuis-
ni viri copia, Ceterū per Castaliam ripā fontem
intelligit Hypocrenen, qui ita dictus est a Cas-
talia nymp̄ha, quę Apollinis manū vim inferētis
egre effugiens se in illū ipsum præcipitavit, Alij a
ciuitate Castalia deducūt, quod minus placet, Es-
tenim Stephanus cosmographus ait, κασταλία
κιλικιασ πολισ, Hic nō verisimile ē ab hoc deduci,

Tu mihi, tu satis es, sitienti carmine laudes
Amplecti Lips clara tuas, non culmina Cyrrhæ
Ostendi mihi, non vitreas Permessidis vndas
Exhaurire peto, plœniscq; recondere buccis.
Laurea nec bifido decerpta cacumine ferta.
Hinc posco mihi Phœbe dari, Lips p̄mia nobis
(Si placeo) sat digna feret, nec munera valde
Magna moror, tantū precor auersata labores
Contemnat non illa meos, sed fronte serena
Hæc capiat nostræ, dona officiosa, camenę:

Quæ si læta meum votum Fortuna sequetur,
Læticia plœnus caput inter nubila condam.

SCHOLIA

☉ Tu mihi &c. Sermonē vertit ad Lipsiam eāq̄
potissimū describendā sibi asserit, nihil aut fontis
Caballini, aut Parnassi montis dari ostendiq̄ a
Phœbo, petēs. forsan quod tectis ita verbis Lip-
siæ ipsius numen inuocat. Eteim̄ veteres vt singu-
lis fluminibus, ita quoq̄ vrbib⁹ suos præficiēbāt
deos, eosq̄ & penates & indigetes vocabant. quo-
rū nomina euulgari, Ferreo Flacco authore: fas
non erat. Hinc & Rhomanorū mos diu latuit, qui
quū iam breui oppidū capi posse videbāt, carnis
ne quodā archano deos tutelares euocabāt, indig-
num nephasq̄ æstimātes deos captiuos esse. Et
ipsi cum suæ vrbis, tum dei in cui⁹ tutela erat, nos
mē latinū latere voluerunt. adeo vt & Angeronā
ore obsignatā silentiq̄ deā propterea colerent.
Auctoribus Macrobio in. iij. saturna: Solino ca.
primo. Plinio lib. xxvij. ca. ij. & libro. iij. ca. v.

☉ Non culmina Cyrrhæ, Cyrrha oppidū est in
Cyrreis Phocidis campis a quibus non longe
& Delphi & Parnassus mons distant. Plinio lib.
iij. capite. iij. auctore.

☉ Permessis fluuius est ex Helicone in Coapidē
lacum labens: Phœbo & musis sacer, quēadmo-
dum & fons Caballin⁹. Reperitur & Permessus
in secundo declinatu: Vergilius Tū canit errans
tem Permessi ad flumina Gallum. Marcialis ad
Flaccum Quid tibi cum Cyrrha. quid cum Per-
messidos vnda. Stra. videatur lib. ix.

Sed me tempus erat iam de dote vberi s. arui

Et genio. agrorū, Lips incēpisse, tuorum.
Horrea nam tātis hic ēstas implet aristas
Flauescitq; seges cāpos, hic tanta, per omnes
Tantaq; fertilitas glebas fœcundat opimas,
Nobilibus certare queat regionibus Orbis
Vt Lipsensis ager, non hūc Memphitica tellus
Non etiam Siculi, facilis prouētus, aratri,
Non qui Stellates dicūtur nomine campi
Iugera nec vincēt hunc pinguib; Appula fulcis.

SCHOLIA.

¶ Sed me tempus. Iam post carminis propositio-
nem atq; item inuocationē, poetarum latinorum
more: narrat, Lipsiam efferens primo ab agrorū
fertilitate, qua nimirū summe excellit. ¶ Nobilib;
certare. Veteres protulerunt id verbi cum datiuo
certo tibi dicētes, Nos certo tecum. Poetę adhuc
frequentius datiuo vtunt. ¶ Memphis regia erat
in Aegypto vrbs extructa ab terrę eius rege Og-
doo, cui nomen indidit Memphis regis filia, qua
cū de hinc Nilus sub tauri specie rem habuit, cu-
ius vrbs præter Strabonem & Diodorum & Ste-
phanus græcus meminit. Deducitur hinc Mem-
phitic; id est: Aegyptiacus, quo frequēter admo-
dum poetę vtuntur Marcialis Dat chartis agiles
calamos Mēphitica tellus. Porro adeo fertilis Ae-
gyptus dicitur vt mereatur a classicis scriptorib;
appellari horreum Orbis. de qua re Strabo in sep-
timodecimo. ¶ Siculi aratri, id ē, aratri in Sicilia
De Sicilia copiosissime scribūt Plini; li. iij. ca. viij
Pōponius Mela in fine secūdi libri, Strabo in sex

to Cæterū ex Liuiō cernere est, vt frumentū an-
 nona laborantibus sæpissime ex Sicilia aduectū
 sit. Eteḿ fertilissima est, hinc & Silius Italic⁹ lib.
 quartodecimo canit. Multa solo virtus: iam red-
 dere semen aratri. Iam montes vmbrire olea: da-
 re nomina Bacchi. ¶ Nec qui Stellates. Cōstrue
 Nec vincent pinguib⁹ sulcis hunc Lipsicū agrū,
 vincet dico, campi qui dicunt nomine Stellates.
 Sunt autē Stellates agri oīm fertilissimi prope Ca-
 puam urbē maritimā, & oīmib⁹ rerum copijs ad-
 fluentē, in qua vt pulcherrime Liuius, Hanniba-
 lis virtus luxu & mollitie fracta est. Cæterum de
 Campaniē (quę nunc regnū dicitur Neopolita-
 nū) fertilitate: Plini⁹ optime lib. iij. ca. vi. vbi sum-
 mū Bacchi cū Cerere certamē esse dicit Mela in se-
 cundo. Poeta noster Siliū Italicū imitatus est,
 qui canit libro vndecimo. Copia quāta viris mō-
 strant Capitolia celsa. Stellatesq; dicent campos:
 Cereremq; benignā. ¶ Iugera Appula: Nā &
 Appulia Italica regio frumento habundātissima
 est: de qua in. v. Plini⁹, in .ij. Mela, Marcialis in de-
 cimo epigrāmation, Non ego meorū premiū li-
 belloꝝ. Quid em̄ merent? Appulos velim cāpos
 Sibilat hic, aura leni, crispata filigo,

Hic fœcunda Ceres tritici turgescere spicas
 Gaudet, & hinc meritas auet expectare coronas,
 Ordea stant illic, & canent æquore læto,
 Stipatura domos, durus quum falce colonus.
 Cœperit in grauidam messem desringere dētes
 Nudus, & a nimio, factus iam decolor, astro.

C

Hic vicię tenues foetus, hic surgere pisa,
Hic florere fabas, antiqua piamina patrum
Hic causas placidi numerosa papauera somni,
Hic dare materiam mappis, noua lina videbis,
Hic grandes calamos lætę spectabis auenę.

SCHOLIA

¶ Crispata siligo, genus est tritici & quidem optimi de quo in .xviiij. Plinius. ¶ Hinc meritas: Concinne alludit poeta ad morem veterum qui Cereri etiãnum frugũ primitias adferre solebãt: nempe corollas & id genus cætera. ¶ Canent eque lato, id est, canescunt amplo & lato campo Aequor em non solum mare dicitur apud latine scribentes, sed & terra plana, atq; in sua superiori parte æqualis, ita Maro.ij. Georgicon. At prius ignotũ ferro q̄ scinderet equor. Imo interdum & p aere poni solet. ¶ Stipatura, id est. expletura. ¶ Dentes, id e, falcem. ¶ Hic vicię. Ordina hic videbis tenues foetus vicię huius leguminis. Vicijs autem maxime arua pinguescunt. quæ feri solent vel in Decembri. & quidem aptissime, vel Ianuario, vel etiã Martio, & siccitatem & vmbrosa maxime amant. de quibus Plinius in xviiij. & alij. ¶ Pifa. Pisum quod nam sit legumen notum est, Seri autẽ debet, Plinio authore, maxime in apricis: id est: locis soli expositis, Nam frigoris impatientissimũ est, adeo vt in celo austeriore non nisi verno tempore & terra facili & soluta seratur, ¶ Florere fabas. Fabæ inter legumina summus honor est, cur vero his vesci Pythagoras prohibuerit dicens κβαμων απεχεσθαι, id est: a fabis ab-

stineto varia scribunt Gellius in quarto capite.ñ .
Cicero in libro . i . de diuinatione. Plutarchus de
educādis pueris. Ipse quoq; Erasmus noster eru-
ditissima congeffit super hac re Chiliados prime
cēturia prima . Porro quando veteres nocturnis
sacrificijs manes placabant adhibere soliti erāt fa-
bas, hinc poeta ait antiqua piamina patrum, vis-
dendus Naso de hac re libro fastorū quinto .

¶ Numerosa papauera : id est : multo numero nas-
centia & copiosa, quę quanq; adeo nōnunq; ho-
minib⁹ somnū faciūt, vt interdū mortē adferre so-
leant, serpentibus tamē adimūt, de his Plini⁹ mul-
ta libro. xx. ca. xvij. ¶ Lina noua: id est : præstā-
tia, Id em̄ nouū interdū Seruio authore significat
De lino Plinius libro. ix. Vergilius canit in Geor-
gicis, Vrit em̄ lini campū seges, vrit auenæ.

¶ Mappis, Mappa, quod & mappū in neutro in-
uenitur, quod manibus pendeat dum in mensa su-
mus dicitur, hinc diminutiū mappula .

¶ Loetæ auenę, epitheton addit laudem, est em̄ &
sterilis auena nulli rei utilis.

Quid tibi nunc versu siluas & pascua dicam?
Quid de diuersis venienteis partibus amnes?
Miscenteisq; suas, tacitis complexibus, vndas.
Qua surgit pinnis Arx alta, & versa sub Austrę
Exerit in nubes frontem, per florea rura
Serpit, et assuetas nymphis Plesa porrigit urnas.
Nunc vbi ad Hesperij me verto lumina Solis
Inter gramineas lucenti gurgite ripas

C ij

Pica salit, sequiturq̄ suas quas deuehit vndas,
Raucaq̄ per vitreas exercet murmura limphas.
Nec procul hinc ipsis terre, Lupa dicta, colōis,
Larga superaspicias affundere mœnib⁹ vrbis
Certat aquas, certatq̄ suas hinc Parda, parētem
Naiades allapsę, patulos comitātur in agros
Et ferunt teneris, vada tralucentia, plantis.

SCHOLIA.

¶ Quid tibi etc. Occupatio est: qua Poeta eleganter vtitur, ¶ Qua surgit: Topographian sane elegantē adfert. Qua, intellige parte. ¶ Pinnæ id est murorum extremitates, ¶ Plesia. fluuij est nomē ¶ Raucaq̄: alludit festiuiter ad eius nominis auē Naiades, nymphæ sunt et quidem fluuiorum, Si quidem græcis *Ναῖειν* est fluere. ¶ Allapsę: id est: annatantes. ¶ Parentē: intellige Pardam.

In tales solui latices (si tristis in vndas
Transformanda fuit) legisset Regia Dirce.
Has etiam Alpheo, Pisea Aretusa, relicto
Permutaret aquas, & cui se pulcher Anapus
Miscet Trinacrijs, & mallet flumina, limphis.
Huc Acys vellet, spretis properare Sicanijs.
Et Galathea suos fugiens sequeretur amores,
Illam Nereidum, ni cærulea turba, sororum,
Hunc retineret amans niueis Galathea lacertis.

SCHOLIA.

¶ In tales etc. Effert collationibus reliquorum

fluuiorum sane & aptis & eruditis fluuios Lipsi-
 am alluentes. Dirce: Fons est apud Thebas, in
 quem Dirce Lyci Thebarum regis vxor cōuerfa
 a poetis putatur. ¶ Has etiam: Ordina, Etiā Pi-
 sea Arethusa pmutaret has aquas relicto Alpheo
 fonte suo. Est autem Arethusa fōs Syracusarum
 fluuium in pelagus statim emittens, quem Alphe-
 um esse traditum est in fabulis, qui quum in Pello-
 ponesso sumat originem, per mare sub terrā vsq̃
 ad Arethusam fluenta pducit: deinde hoc ex loco
 emergens rursus in pelagus excurrit. Talibus au-
 tē de reb⁹ cōiecturā faciūt, poculū quoddā Olym-
 piæ in amnē ipsum decidens hoc in fonte demum
 emergit, Hæc Stra. Plini⁹ q̃q̃ videat̃ lib. ij. ca. vi.
 Ouidius in, v. Metamorphoseos. Solinus q̃q̃ &
 aliij. ¶ Pisea Arethusa ab vrbe Arcadiæ Pifa, vbi
 Alphēs labitur, apud Ouidium ait. Pifa mihi pa-
 tria est, & ab Elide ducimus ortum,
 ¶ Et cui se &c. Construe: Et Cyane cui se miscet
 pulcher Anap⁹ mallet flumina hæc scilicet dicta,
 inallet dico Trinacrijs limphis id est q̃ aquas Si-
 ciliæ. Est autem Cyane fluuius Siliciæ cui Ana-
 pus fluuius miscetur: hinc confictum est a poetis
 ab Anapo (qui & Anapis) Cyanā Siciliæ nym-
 pham dilectā esse, de qua re satis copiose apud O-
 uidiū in. v. Metamorphoseos.
 ¶ Huc Acys: Acys quoq̃ Siciliæ est fluuius, quē
 poetę fingunt a Polyphemo cyclope obrutum sa-
 xo, quod sibi in amore a Galathea præferebatur,
 quam fabulā Naso in quintodecimo transforma-
 tionum luculenter describit. ¶ Spretis Sicanis: id
 est. fluuijs Siciliensibus.

Nec tantum blandis piscosi fluxib⁹ amnes
 Appellunt Lipsim, potes hic ingentia iuxta
 Mœnia, & ingenti viuaria cernere sumptu
 Effossa, & diues vix qualia fertur Orata
 Aut habuisse, gulæ post hunc studiosior, Hirr⁹.
 Qui Murrenarum sex milia mutua cœnis
 Cæsaris appendit, vel qui viuaria Baulis
 Baianis habuit vicina, Hortensius, vndis.
 Aequoris hæc instar, mirãtia lumina, lassant
 Stagna, velutq; patens mare, largo littora tēdūt
 Circuitu, & liquido late sola merfa profundo
 Aspiciunt, nullaq; sinus a parte coercent.
 Te Larium spectare putes, & rauca cientem
 Murmura Benacum, magnis & molibus ipsum
 Nerea Lucrinum pellentem, Lidaq; tusci
 Regna lacus quondam misero tepefacta cruore
 Consulis, & Lybici possessa furore Tyranni
 SCHOLIA.

¶ Iam nunc poeta piscinas, siue viuaria elegãter
 describit, Viuaria autem non pessimi scriptores
 etiã appellarunt, quas vetustiores piscinas vocãt
 vbi piscibus iniectis latior est natãdi copia, vt sūt
 lacus & stagna in eū vsu extructa, quæ iam no
 ster Buschius graphice describit. ¶ Diues Orata:
 Sergius Orata dicebat: qui primus Rhomanorū
 viuaria extruxit cuius mentionem facit Valerius
 Maximus. lib. ix. ca. de luxuria & Plinius lib. ix.

ca. liiiij. ¶ **Hirrus**, siue vt alij, **Hirrius** primus mu-
renarum viuaria excogitauit, de quo **Plinius** pul-
chra libro .ix. ca. lv. ac de **Hortensio** oratore, qui
Baulis Baianis, idest, circa oppidū **Baulos** in si-
nu **Baiano** piscinā habuit, & morte cuiusdā mu-
renę fesse dicit, idem **Plinius** lib. ix. ca. lv. de hoc
scribit. ¶ **Te Lariū**, qui lacus est in **Gallia cisalpi-**
na ingentis longitudinis latitudinisq; emittēs am-
nem **Ticinium** sane grandē, vt **Strabo** habet lib.
quarto **geographiæ**: Quāq; **Plinius** lib. ij. ca.
lx. attribuit **Lario Abduam** amnē, atq; alibi (nē
pe lib. ix. ca. xviiij) vt piscium copia excellit, recē-
set. ¶ **Et Benacum** cientem rauca murmura, de
Bennaco eodem libro **Strabo** iiii videlicet, qui pi-
scem suauissimi saporis gignit, quē accolæ **Car-**
pionem vocitāt, nusq; alibi repertum, & amnem
Mincium emittit, **Plinius** quoq; libro ij. ca. lx. &
.iij. lib. quoq; videat. ¶ **Magnis & molibus**. Et
putes te spectare **Lucrinū** pellentē magnis molis-
bus ipsum **Nerea**, hoc est, mare ipsum alluens.
Est autē **Lucrinus** in **Campania** lacus in **Baiano**
sinu contra **Puteolos**, qui olim propter pisciū co-
piā magna **Rhomanis** vestigalia p̄stabāt, Verū
quū maris ipet⁹ subinde irruēs pisces excluderet,
& publicani ac vectigaliū redēptores non paruo
damno afficerent, supplicatū est senatui **Rhoma-**
no, vt ea parte, vbi infestū anni esset, mare exclu-
deretur, quod **Iulio Cēsari** demandatum posthac
fuit, qui cū brachijs, tum obiectis molibus egre-
gie perfecit adeo vt dehinc **Iulium** opus appella-
tum sit **Plinius** & **Vergilius** quoq; lib. ij. **Georgi.**
meminerūt. ¶ **Lidaq; Tusci** regna lac⁹: **Trafime**

num intelligit, qui lacus est prope Perusiam, vbi
Hannibal Pœnus consulē Flamineū, cū quinde-
cim Rhomanorū milibus occidit, quā rem scribit
luculentissime omniū Liuius. xxij. & Silius in .v.
punicorū canit. Porro dū ait poeta Lidaq; Tusti,
alludit ad Silij Italici fabulā, qua fingit Thrasime-
nū Thyrreni Lidorum ducis (qui in ea Italię loca
venerat) filium ab Achilla nymp̄ha adamatū
raptūq; vi, ac ei aquas pro dote datas,
Nunc quem delectāt Siluę nemoralibus vmb̄ris
Condensæ, & spissis ramosa cacumina lustris
Flectat in occasum, deuexaq; sidera, vultum
Et lucum aspiciet, qua non est densior Ida.
Non Dodona Iouis, varijs celebrata columbis.
Nō nem⁹ Hippoliti, Silari nec plurimus vmbra
Lucus, & Alburni, iuga frondosissima, montis.
Hanc vicina sedens longo Lips ordine siluam
Prospicit in latas extendere robora partes,
Inq; polos altis, & in æthera vergere, ramis.
Sub quibus & Driades niueę, satyriq; proterui
Cornipedesq; palam fauni saltare, chorosq;
Instaurare solent, lassiq; sub arboris vmbra
Suauia lacteolis mollissima figere nymphis,
Et læti virides, in viuo cespite, mensas
Sternere, vimineis & agrestia dona canistris
Promere, & Ambrosium buxo miscere capaci
Nectar, & impulso crinem circūdare seruo

Pastores hoc sæpe vident, cum Sirius æstu
 Findit agros, mediūq; tenet sol magn⁹ Olympū
 Nam tunc siccato rore, & siccantibus herbis
 A pastu fugiunt, aurāq; vmbraēq; sequuntur
 Armēta, & medijs cupiūt requiescere siluis.
 Quo veniunt etiā gradientes pone magistri
 Crebraq; septena fundētes iubila cāna,
 Innocuo leues expellunt carmine curas:
 Hi quoties feri, redeunt intacta iuueni
 Sub patulis toties dicunt se numina ramis
 Vidisse, & festas luco gaudente choreas.
 Versus ad Aurorā, Phœbi & nascentis ad ortus
 Hic aliam video, numerosa surgere siluā
 Stipite, sed duro gemit hæc obnoxia ferro
 Ligna q; fert rapidis & sæuis, cędua, flāmis.

SCHOLIA

¶ Laudem nunc a siluarū copia & amenitate ad-
 fert, ¶ Flectat in occasum, id est, occidentem.
 ¶ Deuexa: idē. pna & inclinata in occasum. ¶ Dē
 sior Ida: Idam Phrygię siluā passim celebrat Ver-
 gilius, quanq; & Ida Cretæ mons sit, cuius in. x.
 Eneidos meminit Maro. ¶ Dodona Iouis: Do-
 donam Epiri siluā intelligit, celeberrimam quon-
 dam & templo & oraculo Iouis de qua & Plini-
 us meminit libro. ij. ca. 107. ¶ Pharijs columbis:
 id est: Aegyptiacis, Nam Pharos quondam Ae-
 gypti insula fuit, iā continenti adiuncta cuius Pli-
 nius in ij. & xv. meminit, atq; item Lucanus. inde

D

Pharius: id est: Aegyptiacus, Cæterum vt duæ co-
lumbæ ex Aegypto euolarunt, ambæ nigre, altera
in Epiri Dodo nam, altera in Aphricam atq; ora-
cula dederunt copiosissime Herodotus lib. ij. An-
tonius Sabellicus enneados secunde, libro. iij. Ra-
phael Volateranus in. viij. & alij scripserunt.

¶ Non nemus Hyppoliti, Aricinum nemus intel-
ligit vbi ab equis Hyppolitus discreptus est. de q̄
re Strabo in. v. & Ouidius in. xiiij. metamorpho-
seos. De Silaro vero Lucanię fluuiio habente im-
minentem lucum Seruius in. iij. Geor. Ptolom. & Stras-
bo in. v. Plinius in. ij. ca. c. lx. sed non nihil aliter tra-
dunt. Alburnus, quoq; eiusdem Lucanię mons sil-
uofus cuius in. v. Geor. Vergilius & alij meminerunt.

¶ Sub quibus & Driades. ¶ Polysindeton est. Ve-
rum Driades & Hamadriades siluarum sunt nym-
phæ. dicte Hamadriades quod simul cum arbori-
bus & nasci & interiri creduntur, αμα siquidem si-
mul significat, σπυσ quercus dicitur. ¶ Satyricus p̄-
terui, id est, libidinosi & salaces, Nam hinc etiam
nomen habent, Veteres enim greci σατυρ appellas-
bant viridia. Porro satyros humana effigie ani-
malia, & p̄ dijs habitos, qui Latinis a fando fau-
ni appellantur, vel quod vaticinentur, vel, vt Lucre-
tius, quod Echo dum screepebat, in siluis a rusti-
canis hominibus credebantur, Preter Hieronymum
in epistolis & Diodor. lib. ij. & v. Solin. xxxvi.
capite, Plinius in. vij. & v. capite. viij. scribunt.

¶ Cornipedesq; Fauni, Habent enim caprinos pes-
des, Poeta noster diuersos facit Faunos a satyris,
in qua sententia maior pene latinorum poetarum
pars esse videtur. ¶ Suauia mollissima, id est, of-
cula, & signanter dicit Suauia, Nam Donato au-

thore in Eunuchū, Tria osculorū genera sunt pri-
mū officium & honestū, quod osculum dicitur,
Alterum pudicorū affectuū, & hoc basium nomi-
natur, Tertium libidinis & amoris quod suaviū.
hinc et suaviare deducitur.

☞ Buxo capaci, id est poculo ex buxo. per meto-
nymia, ☞ Sirius est, quam nos caniculam voca-
mus, in ore canis celestis magna et splēdida stel-
la, dictam quidā volunt ἀπο τοῦ σείρειν, id est,
hiare Nam eius ortu & canes hiant ac hiscunt, et
terra quoq; calore finditur. Idq; circa. viij. calen-
das Iulij Seruio authore, de quo et Plinius lib. ij.
ca. iij. ☞ Pone magistri, id est, a tergo gradientes
armētarij Sic Liuius in .i. Regij pecoris magister
☞ Canna septena, hoc est, fistula septem cānis cō-
pacta. ☞ Festas choreas, hoc est. lætas, ☞ Nume-
rosa stipite, id est, arbore pars pro toto.

☞ Cedua, id est silua ex qua lingua cēdi solent.

At tibi nunc paucis, armenti copia quę sit.

Quę sit forma boum silua stabulata sub omni,
Expediā, Caput est magnū, crassissima ceruix,
Oblongumq; latus, toruum palearia pectus
Ima tegūt, hirta duo concaua fronte minantur
Cornua, lunatis aures sub cornibus horrent.
Ignauaq; pedes abeunt grauitate bisulci,
Caudaq; contactis, verrit sola putria, glebis.

SCHOLIA

☞ Lipsiā a forma et copia armenti laudat poeta,
☞ silua stabulata. Libenter em̄ in siluis pascuntur
vnde quidā saltū appellāt, qđ in eo pecora saliūt.

D ij

¶ Caput est, Magna omnino arte armentū & cū primis tauros poeta describit, idq̄ torū quod rei rusticę scriptores literis mādarint, exprimit. Etenim Palladius lib. iij. titulo. xi. ait Taurus sit torua facie, paruis cornib⁹ lunatis, vastaq̄ ceruice, ventre substricto. Vaccas etiam maxime parabimus, sed eligemus forma altissima corporis longi, vteris capacis, & alta fronte oculis nigris & grādibus, & pulchris cornibus & nigris, aurib⁹ setosis, Plearibus et caudis maximis, vnguibus breuibus et crurib⁹ paruis, etatis maxime trime, quia vsq̄ ad decimū foetura ex his procedit utilis or, De qua re Marc⁹ Varro lib. ij. de re rustica. ca. v. Plinius in. viij. ca. xlv. et Maro in. ij. Georgicō

Tale erat armentū, stabulis quod victor Iberis,
Astulit, et Tusco lauit Tirynthius amne
Seu quod Lampecie Solis pascebat in aruis
Seu quod p̄ Strophadū cāpos, Cyrherei⁹ heros
Errare, et nullo coram custode videbat,
Candida demorse, latera acclinare, geniste
Hos sibi mactari tauros optasset opimos
Iuppiter, a populo lætis victore triumphis.
Hinc sibi iussisset auratam fronte iuuenecam
Iuno deuotas sisti genialis ad aras.

SCHOLIA

¶ Collationibus aliquot Lipsici agri armentum laudat, ¶ Victor Tirynthius, Herculem intelligit, qui ita appellatus est ab vrbe, in qua eductus fertur. quę Stephanogreco dicitur Tiryns, αἴρος

ΤΟΥ ΤΙΡΥΝΘΟΣ Amphitriōis sorore appellata, hāc
 Plinius lib. iij. ca. v, vocat Tyrintham, Estq; in
 Peloponesso vicina Argo, Hinc gentile nomē Ti
 rynthius, & media v scribitur. Porro vt ex Iberis
 stabulis, id est, Geryonis Hispaniæ regis boues
 adduxerit notissimū ex poetarum fabulis, de qua
 re pulchra Silius lib. i. et in nono Marcialis, quē
 poeta noster imitatus est canentē, Hesperias Tus
 co lauit in amne boues. Sunt tamē qui Herculem
 Thebanū credunt. ¶ Seu quod Lampecie, quæ
 Neærę filia vt cum sorore Phætusa Solis armen
 ta Vlysse per Siciliam transseunte pauerit, nō pau
 a apud Homerum. xij. libro Odiseę,
 ¶ Cytherei⁹ heros, Aeneę periphrasis qui Anchis
 sæ & Veneris (quę Cytherea dicitur) filius habi
 tus est. Strophades vero sunt in Aegeo mari insu
 læ ad quas, auctore Vergilio, Aeneas tempestate
 actus appulisse dicitur, ibiq; pulcherrima omniū
 armenta cōspexisse, res om̄ibus notissima. ¶ Ge
 nista herbæ. vel potius fruticis genus apibus etiā
 gratissimum, cuius naturā Plinius lib. xij. ca. xij.
 ¶ Hinc sibi mactari, Alludit poeta ad veterū Rho
 manorum cōsuetudinem, qui vt in Imperatorum
 triumphis Ioui Capitolino ex optimo armēto bo
 uem pulcherrimum seligebant, eumq; auratis cor
 nibus imolabāt (quemadmodū & Vergilius in ij
 Georgicon meminit) ita Iunoni vaccam inauras
 tis cornibus offerebant, id quod Iuuenalis satyra
 sexta testatur. Porro notabis poetā. genialem ap
 pellassee Iunonem, quod matrimonio atq; partu, si
 mul puerperio præesse credita est. Hic est illud Te
 rēcij Iuno Lucina faue. Lege de hac re Cice. li. ij. de
 natura, Macrobiū in de somnio Scipiōis, Ouidiū

D iij

in fastis & alios.

Nec minus hæc regio, min⁹ habet ora feroces
Alipedes, alto glomerāt in puluere gressus.
Quos hæc gingnit humus, ceruix velañ honestis
Luxuriatq; iubis, aures modicę, atq; subactus
Venter, & argutum caput illis, clunescq; rotundi,
Horum pars equitem dorso gerit, armaq; gaudet
Aspicere, & cantus procul exaudire Tubarū.
Altera pars domito, rapit esseda Gallica, collo.
Stridenteisq; rotas, attritaue pondera plaustra.
Aut graue tractat onus terrā renouantis aratri.

SCHOLIA:

¶ Laus & generositas equorum, de qua re si satur esse velis, diligenter legas Maronem libro Georgicorum tertio, quem hic poeta imitatus, item Plinū lib. viij. ca. xxiiij. Luciu Columellā lib. vij. ca. xxvij. Varronē lib. ij. ca. vi. Palladiū lib. iij. titulo xiij. vbi plane lectu digna reperiunt.

¶ Essedum genus ē vehiculi Gallici, et est vox q; Gallica, cuius sepe meminit Iulius Cęsar in cōmentario belli Gallici.

Si modo deflectas oculos ad amena parumper
Pascua, quas illic vrentes culta capellas
Quosue greges ouiu, carpentes gramina cernes
Illis Endimeon (pecori est ea gratia cuncto)
E cœlo niueam posset deducere Lunam.
Hæc deus Archadię si spectet ouilia, spernet

Menala cum siluis, Tegeæq; rurâ, Lyceis

SCHOLIA

¶ Laudat nunc floridissima cultissimaq; Lipsici a gri pascua, qua in re vt est feracissima terra, ita poeta noster stilum elegatissime attēperat. atq; cā lepidissimis similitudinib; effert. ¶ Illis Endimeō Hic fertur Lunā amasse a qua spret; cādidiſſima pecora aliquādiu pauit, quo ad pulchritudine gre gis Lunam in sui amorem pelliceret.

¶ Deus Archadię. Intelligit Pana, qui in Archadia maxime omniū colit, quod ibi a stabulis pas torū lupos arcere creditur. Habundat em̄ et aliis nis et lupis Archadia, adeo vt quidā Lyceū Archadię montē a lupis dictum credāt, Nam gręce λυκος lupum sonat. Porro Menalus Archadię mons est. quemadmodū Tegeum eiusdē regiōis oppidū. Stephano et Plinio Tegea dictū, et eiusdem nominis vrbis in Creta a Stephano ponit. Scribitur vero sine diphthongo.

Nunc reuocat nostrū cultos me carmē in hortos
Et quę vmbrosa meā cingunt Pomaria Lipsim,
Quid pira, quid referā curuantia pondere ramos
Mala? quid Arctoas cerasa incendientia siluas,
Cortice purpureo castasq; imitante puellas?
Persica quid dicam, tenera canentia lana?
Mespila quid Regum claras induta coronas?
His tu iuglandes, corylic; his adde minores
Castaneasq; nuces, hic sunt comprehendere fructus
Quos ego nec specie, nūero, nec carmine possum.

Alcynoi qui mite solum, Perseque potentis
 Pomiferas, equo discretus limite, silvas
 Insignesque hortos prisca miratur Adonis.
 Et mala Hesperidum fuluo certantia villo
 Predicat, ille tuos si Lips aspexerit, omneis
 Ridebit quos est hortos mirata vetustas.
 Læta sub his ciues peragunt conuiuia ramis
 Cum ver pubescit, rapidisque coloribusq̄ ætas.
 Arboris effuse iucundas efficit umbras
 Pocula nec desunt, Veneris nec cura puellæ
 Nec dulces iuuenum coetus, qui carmina dicunt,
 Instituuntque choros cythara modulante sonora
 Et volucrum cantu tenues miscente susurros.

SCHOLIA.

Recipit se poeta ad hortorum descriptionem, vbi
 primum omnium pretereundum non est, hortos interdum in
 numero etiam plurali, sicut liberos, de vno etiam
 dici. idque frequenter vt Gellius, et alij annotarunt,
 Nec hoc forsan annotatu inutile, veteres hortum
 appellasse, Authore Propertio, quod ibi qui arma cas-
 pere possent, orientur. Omnis enim villa apud anti-
 quos hortus dicebatur, hinc ex Plinio quoque in
 duodecimo habetur, in tabulis Romanarum legum
 nunc nominari villam, semper in eo significato hor-
 tum, nobis hortus dicitur qui arboribus confitus est.
 Porro esse Pomarium locum pomis confitum vel re-
 ponendorum pomorum, Pomerium vero locum ad mu-
 ros intra et extra inauguratum ex Vallensi atque T.
 Liuiio in. i. constat. Mala, id est. poma. In eo enim

significatu primā habet longam. ¶ Incendentia
arct oas silvas, id est, quę videntur suo rubore sil-
vas ponticas accendere, In Ponto enim cerasa ha-
būdare, illincq; a L. Lucullo primū in Italiam ad-
uecta, quum antea nūq; in ea fuerint, pulchre Plin-
nius noster lib. xv. ca. xxv. Etiā in Aegypto hoc
pomi genus vel cura adhibita non dicitur proue-
nire. ¶ Persicum, pomi genus est, a regione vni-
de translatum estimatur, dictum. quod autumnō
maturescens velocissime corrūpit. Bidui em̄ mor-
ra ei decepto longissima est. ac si statim venūdari
cogitaret Plinius & aliī,

¶ Canentia, id est, cana & hirsuta Mespilum notū
pomi genus referens fere Germanicam nomen-
claturam de eo Plinius lib. xv. ca. xx.

¶ Quiq; miratur solum mite Alcinoi regis Phea-
cum, Notabiscq; Lector optime, poetam nostrū
elegantissime Plinij locum libri decimōni imita-
tum esse, vbi ca. iij. scribit Et Antiquitas nihil pri-
us mirata est, q̄ et Hesperidum hortos, ac regum
Adonis et Alcynoi itemq; pensiles, siue illos Se-
miramis, siue Assyrię rex Cyrus fecerit. Ceterę
Hesperidas Atlantis filias in Aphrica aureis po-
mis hortos habuisse nulli non constat, hinc ait po-
eta fuluo villo, id est, aureo.

Taleis delicias, taleis vix possidet umbras

Gargaphie, vitreis Dianę cognita limphis.

Menala vix lucosic defenduntur opaco.

Hęc loca vel dici possunt mollissima Tempe,

Calliopes vel iure solum natale vocari.

Vt taceam flores, suaues odoribus herbas

E

Et quę viua modis delectant gramina mille
 Luxuriantq; comis, & mille coloribus vrunt
 Hic rosa sanguineos ardens diducit amictus,
 Hic humiles violę dolci ferrugine florent,
 Effigie calathi procera hic lilia surgunt,
 Regius hic mitem diffundit amaracus vmbra
 Hic Saliunca viret, candent hic alba ligustra
 Hic Narcisse nites, hic Hyacinthe rubescis,
 Hic Melitotos abest, nec abest amarath⁹, et heret
 Proximus Oenanthe, flore & vacinia nigro.
 Se sociant, iungit illis se baccar amicum
 Frontibus, & flexi cum caltha vimen acanthi
 Nunc velcum quis dicet olus? quis plurima rerū
 Hortorū quę cura parit, foecundaq; cultu
 Terra suo? vt late pāndenteis brachia betas

SCHOLIA .

¶ Laudat Lipsam ab hortorum amenitate, idq; collationib⁹ pulcherrimis priō Gargaphies, quę in Bœotia fontem esse, ibiq; ob miram loci amenitatem se lauare Dianam solitam, atq; etiam Actęona eandem hic conspicientem, in ceruum commutatū, præter ceteros, Naso noster pulcherrime lib. iij. Metamorphoseos scribit, canens. Vallis erat piceis & acuta densa cupressu: Nomine Gargaphie &c. ¶ Menala Archadię mōtē esse & amenum & vmbrosū omnibus constat.

¶ Porro Tempe amenissima Thessalię loca inter Ossa & Pyndum monteis, quę fluius eius

loci Pineus efficit, Naso noster graphice pingit
lib. metamorpho. i. Plinius quoque .iiij. lib. cap. viij.

¶ Viua gramina, id est, natiua & virescentia.

¶ Hic Rosa, iam hic quod in genere proposuit
speciatim elegantiss. explicat quam orationis lo-
cupletandę rationē esse, & Rudolphus Agricola,
& Erasmus scribunt. ¶ Dulci ferrugine, species
pro genere, quod poetis liberius multo, quā orato-
ribus licet. Etiam alioqui ferrugo subnigrescēs
color dicitur fere violatius, a ferro ita appellatus,
Etiam id quod ferrū excedere solet, ferrugo est.

¶ Procera lilia, Ideo quod nulli florę maior sit proce-
ritas, nempe nonnunquam vel ad trium cubitorum
longitudinem assurgit. Plinius multa de his lib.
xxi. ca. v. ¶ Amaracus, herba est odoris gratissis-
mi, quam nos maioranam vulgo dicimus, In Sy-
ria & Aegypto Samsucum vocitant, quam & in
primo eneidos Maro celebrat, & Plinius in vige-
simo primo ca. vndecimo ¶ Saliunca, in lapido-
sis locis nascens, herba acceptissimi odoris, adeo
vt & vestibus imposuisse veteres leguntur, Plini-
us videndus lib. xij. septimo capite.

¶ Ligustrum Plinius in sextodecimo arboris ge-
nus esse scribit, Alij florem eximie candidū alioque
vero inutilem, id quod Columella sentire videtur
qui in suo hortulo libri vndecimi herbam ponit.

¶ Narcissus & Hyacinthus flores sūt gratissimi,
olim, vt poetę scribunt, formosissimi adolescētes
fuerunt, inque flores versi, De his ita in ij. de raptu
Proserpinę Claudianus Te quoque flebilibus me-
rens Hyacinthe figuris. Narcissumque metūt, nūc
inclyta gramina veris. Pręstātes olim pueri. & alia

¶ Nec Melitotos. herba est que insuitur frequen-

E ij

ter coronis, Vnde & fertula appellari solita fuit. Etiam odoreus flos croco nō multum ab similibus.

☉ Amaranthus quoque corollis est flos aptissimus. Etenim mense Augusto proueniens in autumnū usque durat, et apud Alexandriam maxime omnium excellit. simul decerptus seruari solet, reliquis iam marcidis floribus aqua madefactus reuiescit reuiuiscitque. & Hybernis corollis vsui est. Hic dictum volūt quasi non marcescentem, μαραινος μαι enim marcescere est, alpha particula primitiua: Plinius & alij videantur. ☉ Oenanthe etiam herba est sane odorifera & coronis apta, tussi, vesicęque vicijis medetur, vt legere est apud Plinium lib. xij. ca. xxiiij. & Pedaciū Dioscoridem lib. xxi capite. cccclxiiij. & alias quoque.

☉ Amicum frontibus. Tollit enim baccar herba frōtis, hoc est. capitis dolores, Vnde Maro in Melibæo. Baccare frontem, Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro, Plinius .xxi. ca. vi.

Vtque habileis ventri maluas, vt sectile porrum

Vt Sicer, vt pigro gaudentia frigore rapa.

Brassica nec defit, nec abest lactuca ciborum

Grata quies quondam, nec stricti fascis aneti

Nec lupatū, nec ruta virens, nec raphanus acer

Vrinamque citans nec amaris Intyba fibris:

Piura nec hortorum iactat cultura Syrorum

Hicquam submittit gremio, pia terra, recluso.

SCHOLIA

☉ Transitione sane luculenta vtitur. Porro vescū olus hic ab intensione edendi dicitur vt apud Ma

ronem alibi vescas salicum frondes, quod caprae
avidissime vescuntur eis. Alibi tamen vescum pas-
pauer Maro ab edendi fastidio dixit. Ve enim, ut
Gellius lib. v. ca. xij. & imminuēde & augēde rei
vim habet. Vescum quoque inter caetera paruum
notat, hinc Naso in quinto fastorum, Quae male cres-
uerunt vescaque parua vocant. Seruius tamen ves-
cas frondes siccas & teneras interpretatus est. vis-
deatur quoque Festus Pompeius.

¶ Vtque habileis ventri maluas. &c. Malua enim a
moliendo ventre dicta est. A Plinio Etenim gre-
cis μαλαττω est mollio. ¶ Grata quies quondam.
Alludit ad Marcialem canentem, Claudere quae
coenas lactuca solebat auorum Dic mihi cur no-
stras inchoat illa dapes: Plini⁹ de ea videatur lib.
xx. ca. xvij. ¶ Lupatum quoque sativa et siluestris
est herba, varios omnino usus habens, Nempe
eius radix aceto decocta, si postea coletur denti-
bus summe auxilio est, Etiam si bibitur regio mor-
bo medetur, semen vicia stomachi penitus fere
deplorata sanat. ¶ De ruta et raphano passim
multa scribuntur. Intyba vero, quae & intubus di-
citur, celebratur ab Pedacio Dioscoride li. de me-
dicinali materia secundo. ca. c. xlvij. a Plinio lib.
xx. ca. vij. et. xix. ca. vij. Imitatur autem hic Maro
nem poeta, qui et ipse canit, Et amarum intyba fi-
bris. ¶ Porro Syrijs. qui Aegyptiacis adiacent
maximam fuisse hortorum curam, cum alij, tum Iuue-
nalis scribit, qui ait eis numina in hortis nasci. Es-
tenim herbas quasdam ut diuos colebant, Reli-
quae herbae vulgatiores sunt quam opus habeam de
eis quibus adferre, maxime quam Scholia non iustos
commentarios condimus,

Adde quod et Baccho hæc grata sit hospita tellus
Hic operit colles, et vitibus ornat apricos
Pampineis iubet late frondescere siluis
Vinaq; largitur grauidis Semeleius vuīs
Qualia vix plæno carpit de palmite Lesbos.
Qualia nectareo possunt certare Falerno
Aut certare tuis clarissima Setia cellis .)

SCHOLIA

¶ Lipsiã iam suam poeta a vini fertilitate laudat, qua & si non possit ceteras equare regiones, puenit tamen in conuicinio optimum, neq; Lipsiæ per omnia deest. ¶ Semeleius dictus est Bacch⁹ q; Iouis Semelesq; Cadmi filiæ, creditus est proles, quæ vt fulmine Iouis expirarit. Bachusq; de hinc femori insutus sit parētis sui Iouis. copiosiss. apud Oui: lib. iij. metamorphoseos. ¶ Qualia vix &c. Collationibus poeta rem illustrat, His em̄ opus est poetam posse q; aptissimis vti, quū non parum carmē exornēt. ¶ Lesbos Aegei maris est insula vini ferocissima, & marmore q; præstās de qua Plinius legendus lib. v. ca. xxxi. Mela inquit li. ij. Lesbos in Troade, et in ea quicq; oli oppida Amissa. Pyrrha. Eressos, Ciraua. Metybene, ¶ Falerno nectario, Vinum Cāpaniæ laudatissimum est & a nullis non scriptoribus celebratum, dictum aut falernum, ab agro Cāpaniæ Falerno, cui⁹ meminit Plinius li. v. ca. v. & huius vini nobilitatem alibi celebrat, lib. xiiij. ca. vi. Setia quoq; eiusdem regionis videlicet Cāpaniæ vrbs est, cuius vbi supra Plini. & cellas vocat poeta apothecas vinarias, hinc & cellarius deriuatur qui hic præest.

Nunc me tecta vocāt tua Lips nūc ardua celsam
Mœnia turrigero tollentia vertice frontem
Quę facies vrbis? quę forma est? quęue deorū
Culmina? quisue loci genius? quę strata viarū
Qui cultus hominū? foelices omine læto
Foelices animas inquā, quę sidere fausto
His tam formosis tribuere exordia muris.
Phosphorus vt cœlo micat inter sidera toto
Cū matutinis profert se roscidus horis
Vt micat electri purissima lamina culti
Iuxta vulnifici pugnancia semina ferri,
Vtq; inter flores vernos in Cloridos horto
Plus spargit, Veneris rosa sanguie tincta, decoris
Vt nitidū plus nitet ebur, quod Tyburis aura
Semper habet, Pariū q̄ cætera marmora signū
Sic licet exuperent auri argētiq; talentis
Multę vrbes, maris & terrę ditione potentes.
Nulla situ tamen hęc vincunt, cultuq; venusto
Mœnia, Sed doctus Veronę fama Catullus
Vndiuagis vt te celebrauit Syrmio terris.
Sic est formosus Lips vrbes inter ocellus

SCHOLIA.

☉ Veneris Rosa sanguine tincta, Alludit Poeta
ad id quod olim rosa creditur fuisse candida Ete-
nim quum iam Adonis amore Venus esset cap-
ta, eumq; Mars Zelotypus sibi præferri doleret in

dignareturque, ipsum occidere moliens, ipsa auxi-
lij ferendi gratia accurrit inque spinas incidit, eisque
implicata non parum sese sauciauit, qui cruor ros-
se colore mutauit e candido purpureum efficiens.
Notandum hic, quaque Naso decio metamorpho-
seos libro Adonide ab apro interfectum scribat, ta-
men grecos quosdam, inter quos est Nonnus, tra-
dere a Marte in aprum conuerso, fuisse interemp-
tum, quod Zelotypus in Veneris amore repulsam
veritus est. ¶ Quod Tyburis aura. Nempe coelum
Tyburtinum etiam. Plinio authore, ebur egregie ser-
uat, Adeo ut quod iam fuscum est si eo inferat,
pristinum candorem gratiamque recuperat, Vnde Si-
lius Italicus (quem noster imitatus est non semel,
quaque tunc frequentissimo hic auditorio prelege-
bat, stipendio illustriss. Principis nostri GEOR-
GII) Silius inquam canit libro duodecimo. Quale
micat semperque nouum est, quod Tyburis aura
Pascit ebur. ¶ Partus conche marine, De partu
conceptuque vnionum siue Margaritarum copio-
sissime omniu Plinius li. ix. ca. xxxiiij. Silius quoque
in duodecimo, que omnia inter interpretandum stu-
diose adducemus. Sedulus etiam lector facile hos-
ce authores requireret euoluetque. ¶ Pars vna ex Ci-
cladibus nomeclaturam sortita a Paro Iasonis Ne-
pote, marmor producit laudatissimum, candidissi-
mumque hinc eam Maro niueam appellat. Plinius
noster trigesimo sexto, capite quinto.
¶ Sic licet Hactenus fuit longissima quidem illa,
sed elegantissima periodus, qua poeta huc in me-
diu scripsit, Quemadmodum lucifer inter stellas re-
liquas multo lucidius, splendidiusque micat Atque ut
electrum ferro, ceterisque floribus pulchritudine

et gr̄a āncedit rosa. Quēdmōdū etiā Tyburtinū
 ēqr̄ ceteris nitidior est. & vt margarita simulq̄ mar
 mor Pariū lōge superat alia. Ita et Lipsia, siue cul
 tum, siue situm spectes, reliquas vrbes & potenti
 ores interdum et opulentiores vel vincit, vel cer
 te equat. ¶ Iam nunc tādē poeta ad urbem ip
 sam, simulq̄ ciues et laudatissimā Academiā car
 mine illustrādā, pergit. Quam urbē sane amoenā
 & toti⁹ Mysiē insignem gloriam, adfatur atq̄ es
 legantissima admiratiōe primo situm & formam
 eius perstringit? ¶ Quē facies vrbis, Facies dici
 tur cuiusq̄ rei natiuus aspect⁹, nō tantū hominis,
 Sic & Liuius montis et loci facies protulit. Vult⁹
 autē quem mutamus, fingim⁹, atq̄ assimulam⁹
 atq̄ pro varijs affectionibus varium habemus.
 Sic Naso Heu mihi difficile est crimē nō prodere
 vultu. Et in Phormione, Vultum contemplami
 ni, an sic fat est, videlicet adsimulatus,
 ¶ Genius, naturę in quauis re deus dicitur, simul
 q̄ voluptatis, hinc defraudare geniū, indulgere
 genio, genialiter, genialis vt & supra, & in Phor
 mione Terentius Quod suum defraudās genium
 compar sit miser. ¶ Cōparationib⁹ omnibus mo
 dis & doctis & cōcinnis urbē Lipsensem laudib⁹
 vehit. ¶ Bosphorus est gr̄ce dicta stella omniū
 lucidissima, quā latini luciferum appellāt, qui ma
 ne, solem p̄cedit, vesperi vero Lunā, eadē & Ve
 nus & vesper vel Plinio authore, dicitur. Cui⁹ li.
 .ij. capite. viij. hęc sunt verba Infra solē ambit in
 gens sidus appellatū Veneris, alterno meatu vas
 gum, ipsis cognominibus emulum Solis & Lu
 nę, p̄ueniens quippe & ante matutinum exori
 ens, Luciferi nomen accipit, vt sol alter, diēq̄ ma

F

turans, Contra ab occasu refulgens nuncupat̄ ve
sper, vt prorogās lucem vicemq; Lunę reddens,
Quam naturā eius Pythagoras Samius primus
deprehēdit, olympiade circiter xliij. qui fuit vrbis
Romę annus centesimus quadragesim⁹ secūdus,
Non potui me cōtinere, quin hęc ornatissima Pli
niij verba adscriberem. Memor est & huius in viij
Maro, & nōnulli alij: ¶ Electrū, vt Plini⁹ q nobis
p̄ cūctis esse potest rerum infinitarū plenissimus
author. is inquam lib. trigesimo quinto ait esse au
rum, cuius portio quinta est argentum. Etiam si
ficticiū sit electrum quod cura fit addito videli
cet argēto, ¶ Chloris, quę & Flora dicitur, a vete
rib⁹ florum est dea estimata, Zephyri vxor, qd̄
is ventus omnibus non solū florib⁹ sed & herbis
quibusuis vitam ferat, vnde & nomen habere cre
ditur, de hac pulcherrime Ouidius lib. v. fastorū,
vbi ait Flora, Forsitan in teneris tantum mea reg
na coronis, Esse putas, tangit numen & arua me
um, hinc ludi florales quorū Augustinus in de ci
uitate. Plutarch⁹, Liuius, Valeri⁹. alij meminerūt.
¶ Syrmio peninsula est lacus Veronensis Benaci.
quam prestātissimus poeta Catullus omniū et Pe
ninsularum & insularū vocat ocellum ob singularē
eius amēnitatem, canens, Peninsulæq; Syrmio in
sularumq; ocelle. Id author noster aptissime imita
tus Lipsiam inter Germanię vrbes præcipua qua
dam amenitate præstantem & ipse ocellum vrbis
um vocitat.

Huius q̄ celso consurgunt aggere muri?

Quā cingunt crebris munitā turrib⁹ vrbem?

Quā late occurrunto om̄i sine forde, plateę.

Hic pulchros alte fastigia tollere cernis
Vndiq; & equata procedere fronte penates.
Efficit in medio spectabilis area visu
Planiciesq; forū, quod dextra Curia parte
Desuper inspectat cœtu stipata verendo
Iusticię cui cura tenax, cui verus honesti
Ardor inest animi, atq; vsu prudentia longo
Nutrita, & virtus nullo non carmine digna.
Quem iuuat & populi mores audire docebo
Ille patrum sequitur studium, sanctiq; senatus
Est placidus, clemens, affabilis, integer, aptus
Ingenijs, vultu pulcher, nec veste, nec ore
Barbarus, in victu nitidus, sed sobrius odit
Vota gulę, & nimij damnat commercia luxus
Nec solet ignauo luces transmittere somno
Nec sensus hebetare mero, ventremq; saginis
Tendere, nec ludo, fœdaue libidine solum.
Indulget tamen interdum, cū tempora poscunt,
Leticie, cum causa monet, cum suadet honestas
Tum coit excussis, concors vicinia, curis.
Explicat & frontem, risus, sermoq; pudicus
Dulciaq; vnanimi studio conuiuia feruent,
Nulla dies alias sterili consumitur vsu
Intenti sed opus faciunt, segnesq; coercent
Emendantq; mores, nec tempora cassa labore.

Fñ

Effugisse sinunt omniq; expertia fructu.

SCHOLIA.

¶ Huius q̄ & c. Iam nunc ab edificiolorum elegātia urbem effert, primum murorum sublimi structura, & aggeris firmitate. Deinde q̄ turribus est creberrimis cincta, quod si iam tū ea scripsit Buschi⁹ noster, nimirum plēniore id ore nunc asserturus, si iam nostri qui in illis extruendis totius senat⁹ studium videret, qui nulla non re & murum & turres reficit, atq; instaurat, vel ab ima nōnunq; base nouas & quidem instructissimas turres edificās. Postremo magnificis ædificijs laudat, dicēs, hic cernis pulchros penates tollere alte fastigia, vbi aduertes lector, penates accepisse p̄ domib⁹, quum dij sint domestici, et vt aliqui volūt, dicti q̄ penes nos sint nati, Sed poetis, quibus est maior loquendi libertas, tropisq; om̄ibus vtendi foelicioꝝ copia non infrequens est, deum qui p̄sudet pro re subiecta ponere, Sic Teientius Sine Cerere & Baccho friget Venus, idq; per, Metonymian tropū, de quo Fabi⁹, & Cicero in tertio de Oratore, Diomedes, Erasmus noster & alij.

¶ Efficit in medio, a foro ciuitatem laudat, quo, vt id quod verum est loqui liceat, certum est eam multas etiānum potētissimas maximasq; alioqui vrbes, vincere. quod tam lata area planicieq; tam amena excellit. vndiq; huiusmōi ædificijs ornatū forum habens, vt singula pene non parum munitē arcis faciem referāt. Porro forum a ferendo dici, author est Marcus Varro q̄ illuc res, lites, negotia & quę vendere volunt, conferunt. est libro .i. de lingua latina. ¶ Area autem inter cætera notat locum nondū edificatum vel quando iam edi-

ficiū demolitum est, ita area domus Ciceronianę
legitur. libro epistolę quartodecimo.

Curia vero appellatur domus publici cōsiliij, qđ
ibi cura de rebus publicis geritur. Aliud est longe
prętorium, quo nomine indoctuli quidam curiã
vocatant. Ibi loci senatores laudibus vehit Et pla
ne optime lector citra adulationem, a qua natura
ego alienissim⁹ sum, id libet mihi dicere, hoc in op
pido tam insignē semper & verendū esse senatorū
coetum, vt dignissim⁹ plane viderēt, qui ampli ssi
ma etiã regna gubernaret. Tot hic Nestores, tot
Catones, tot Sceuolę, tot summi amplissimiq; vi
ri conspiciuntur, vt nihil timendū mihi videatur.
ne ciuium tam tranquillus, tamq; opulentus sta
tus vnq; in seditionem abeat. Etenim seligitur is
numer⁹ ex Philosophis & Iurisperitis potissimū,
viris, tum multa doctrina, tum etiam varia rerū
varia experientia præditis Et vt paucos (Non
em̄ est de omnibus, dignissimis quidem illis fandi
copia) recēseam. iam huius Reipublicę habenas
moderatur optimus ac pariter eruditissimus vir
& dominus **ÆGIDIUS MOERGIVS**, libe
raliū disciplinę doctor bene doctus, Iurium neu
tiq; ignarus, quin & in his studiorum suorū gradū
cōmeruit, quē tibi vt & animo est præsentī & neq;
q; effœminato, simul in rebus legationibusq; obe
undis Herculeo & dextro, atq; eloquētia non vul
gari, fidus per omnia, eruditorū amator præcipu
us, rex ciuitatis huius dies atq; noctes satagans,
vigilantissimus, nihil obmittens, quod vel in op
pidi huius opulentissimi, vel Academię nostrę re
ac gloriam cedere possit, & consulis munus stre
nue atq; impigre obiens, hunc inq; si pro merito

Ægidius.
Aldoergius cō
sul Lipsicus.

Secūdus cō-
sul Barptolo-
meus Apt

Tertius con-
sul Benedict⁹
Belgerfami⁹

Henricus.
Stromer Aur
bachius.

vtcūq; deliniare deberem mihi non opuseffet scho-
lia scribere. verx iustem volumē opplere. Nec mi-
n⁹ memorabilis est, amplissimus vir & dominus
BARPTOLOMEVS Apt vir vel canicie ve-
nerādus, nec ipse vel artium vel iurium ignarus,
imo in hisce stndiorum digninatem nactus, qui
iam multis plane annis huic reipublice, consul q̄
meritissim⁹, p̄fuit. neminem eruditorum obmit-
tens, quem non aliquo benefici genere afficeret.
Tertius consul est **BENEDICTVS** Belgerfa-
mius & ipse etate grandis, canisq; verend⁹, homo
multarum rerū expertissim⁹, de quo illud Homeri
dici possit ο κΔΗ ΤΑΤ ΕΟΝΤΑ ΤΑΤ ΕΣΣΟΜΕΝΑ ΠΡΟΤ ΕΟΝ-
ΤΑ, Habes iam, lector optime, qui nostra tempe-
stare cōsules sint huius vrbis laudatissime. Quod
si aptior esset loc⁹, referrem & tibi singulos Sena-
tores ordine, Nam nemo est non dignus memo-
ratu, p̄terire tamē non possum doctissimū simul
etiā prudētissimum virum **HEÑRICVM** Stro-
mer, **AVERBACHIVM**, qui cum a pueris, op-
timis semper & vere literatis literis incubuerit rei
medice doctor euasit, & is tamen qui non tam lu-
rium q̄ Theologie sit studiosissimus, persuadens
sibi omneis artes disciplinaeq; aurea, vt Plato pu-
tauit, cathena inter sese nexas esse, hic nimirū ne-
minē studiosum, nedum eruditū p̄termittit, quin
data occasione, eum officijs & quidem nō vulga-
ribus demereat. Sed de tam p̄stātibus viris con-
sultius est multo, omīno tacere, q̄ non ad plenum
eorum virtutes, id quod nō possumus, referre. Ad
Buschiū n̄m a diuerticulo hoc reuertemur Lector
¶ Ille patrum sequitur, Poeta populū Lipsensem
verissime omīum depingit, quem & nos lubentes

veheremus laudibus nisi breuitatem in scribundis
scholijs trāsgredi vererer, Porro senatores patres
dici atq; etiam patrescōscriptos nemo tam a mu-
sis alienus est reor, quin ex Liuiο alijsq; calleat.

¶ Sanctiq; senatus, Animaduertes, hielector, san-
ctum nonnunq; notare id quod est inuiolabile ita
dictum a sagminibus, quibus legati & foeciales,
qui iure gentium sunt inuiolabiles, utebantur, ita
sacro sanctos tribunos plebis, et sanctum Sena-
tum, vt illud Maronis iura magistratusq; legūt,
sanctumq; senatū, ita & leges sanctas dicim⁹ Iter-
dum idem tamen quod sacrum significat, hinc il-
lud, Nos pauidi trepidare metu crinemq; flagran-
tem. Excutere, & sanctos restinguere fontibus ig-
nem. Est quoq; sanctum, incorruptū & innoxium,
vt illud, sancta ad vos anima atq; illius inscia cul-
pe, Descendat. Reliqua, quę hęc complectuntur
carmina videntur satis aperta,

Quodq; magis laudes natos assuescere paruos
Officijs, quantumq; valent ad honesta vocātes
Erudiunt, & qua vicinus parte iuuandus,
Quo consanguineus, quo sit peregrinus habend⁹
Ponendusq; loco, quid discrepet vtile recto
Et q; sit melius contentum viuere paruo
Nomine cum claro, q; cum rumore maligno
Possedisse deos, & quicquid cæca potenti
Sors poterit prebere manu, quod carpere nullus
Alterius famam, nec circumrodere vitam
Debeat. vtq; sui potius sit mantica tergi

Spectanda, utque in se malit descendere quisque
Auribus instillant, & quod cuiusque decorum
Quidue sit ut pulchrum, quod contra ut turpe tenendum
Pro modulo etatis, pro conditione, locoque
Collibrare docent, trutinamque expendere cauta

SCHOLIA

¶ Quod magis &c. Iam poeta Lipsenses ab illo extollit, quod nobis natura in seuit, nempe liberorum educatione que res, Macrobio authore, si ex sententia cadit, ex nulla unquam parentes tantum capiunt voluptatis, Sin vero minus, neque etiam ex alia tantum tristitie & meroris, Hinc diuinus Plato, inquit, nihil esse diuinius quam vel de sui vel liberorum educatione consulere, Propterea etiam tot & tanti authores super hac re scripserunt.

¶ Qua vicinus parte iuuandus, Imitatur his Horacium in poetica qui id imprimis discendum admonet, canes Qui didicit patrie quid debeat, & quid amicis Quo sit amore pares, quo frater amandus, & hospes, Quid sit conscripti, quod iudicis officium, que, Et Persium, qui in satyris in eundem modum canit.

¶ Et quam sit &c. Imitatur hic Salomonem scribentem in libro mescholim, hoc est, Parabolarum. ca. xx. Melius nomen bonum quam diuitie multe, super argentum enim & aurum gratia bona.

¶ Possedisse deos, &c, idest, maxima queque, Nam fere parabolicos vocamus deum, qui in aliqua re potentissimus summusque est, atque felicissimus. Sic in Terentii Hecyra ille, Deus sum si hoc ita est, & in primo de oratore deus dicitur eloquentie Crassus, simul etiam per hanc loquendi figuram Plas

tonem deum vocamus philosophorum.

¶ Vtq̄ sui potius &c. Iterato Persium satyriogram-
mum imitatur scribentem, Vt nemo in se tendit
descendere nemo. Sed precedenti spectatur man-
tica tergo.

Nunc fora nūc intra quę rex est copia muros
Vos mea plectra vocāt, vestros huc vertite cāt̄,
Quis tritici vidit tantūq̄ siliginis vnq̄
Quotidie huc quantū cōuectant rustica ploenis
Vndiq̄ plaustra vñs, credas huc Gargara messes
Fundere tota suas, & quicquid Mesia iactant
Horrea, rostratas huc transportasse carinas.
Quicquid habere potest fœlicis copia villę
Educat, & quicquid rus nobile, quicquid & affert
Pinguis ager, cupido fœcundaq̄ terra, colono.
Hic spectare licet pullos ille, iste columbas
Porrigit aerias, hic improbus obfcrepit anser
Hic fluuiialis anas plaudit, decepta coturnix
Hic queritur, perdixq̄ salax, turturq̄ pudic⁹
Nec defunt Palemedis aues, aut ripa Caystri
Quos vehit argutos, p̄ stagna loquatia, cygnos
Explicat hic pauo, gēmatę lumina caudæ
Aduerso gaudens spectari sole colores.
Nobilitatq̄ dapes hic cui sua nomina Phasis
Indidit, vt taceā volucres, quas callid⁹ auceps
Cassibus, & visco calamisq̄, & carnie traxit

G

Oua nec hic refero, pressicq; coagula lactis
 In scapulis teneros portat hic rusticus hedos
 Adfert lactentes, pavidis cū matribus, agnos.
 Hic & quos canibus iuuat, atq; indagine saltus
 Cingere, de siluis referunt, tesquisq; iugosis
 Captiuos lepores, auidasq; excurrere damas.
 Capreolos, inulos, & seuos dentibus apros.

SCHOLIA

¶ Pergit iam poeta urbem suam laudare a rerum copia, quod nihil sit vitæ humanæ opus quod hic non venum proponatur, quodq; ex circūiacentibus pagis nihil non magna etiam cum copia huc feratur. ¶ Gargara. quæ sunt montis Idææ cacumina, frumento omnium felicissima, hinc in eroticis præceptis Naso. Gargara quot segetes, quot habet Metymna racemos. Et quod Seneca inquit Hinc grata quoq; Cereri Gargara. Et diues solū quod Xanthus ambit.

¶ Mesia. hæc est Hellesponti prouincia si cosmographis modo creditur Seruius tamē urbem esse vult, frumenti feracissimā nō procul a Troia Vergilius. Nullo tantum se Mesia cultu. Iactat, & ipsa suas mirat Gargara messes, ¶ Carinas idest naues, partem pro toto ponēs Sunt enim qui extremam nauis partem velint esse puppim quæ græcis πρῦμνη dicitur. Anteriorem proram, quæ & græcis πρῶρα. Mediam vero carinam contendūt. Hinc carinare verbum, quo Pluii⁹ utitur, iam est in formam carinæ quid facere, iam exprobrare. et scōmata atq; probra iacere Idq; per metaphorā, quod vilissime fortis homines, cuiusmodi sunt ca

rimantes. id. consueuerint. ¶ Fœlicis villę, hoc est
fertilis & feracis. Quid alioqui villa, quid pagus,
fundus & huiusmodi sint, nemo non scribit,

¶ Pullos, omniũ om̄is generis animalium esse fœtũ
notissimũ est. Porro columbas vocat aërias, vel
quod aërij sunt coloris, vel quod in aëre hoc est,
sublimioribus tectis nidificant. Etenim columbã
quidam grãmatici dictam volũt, quasi aëria cul-
mina colentem, Et quidem non illibenter & poe-
tæ & reliqui scriptores alludũt ad ipsam ethymo-
logiam, quę in gręcis reb⁹ momenti est maximi,
apud nos tamen non perinde. ¶ Improbum an-
serem vocat Maronis imitatiõẽ. reliquisq; epithe-
ta adiungit appositissima, Nempe ex natura auis
um sumpta, Perdix enim est falax, hoc est, libidi-
nosa de qua aue Plini⁹ lib. x. ca. xxxiij.

¶ Palamedis aues: intelligit grues, quod is ex ha-
rum volatu primus literam ipsilon animaduertes-
rit, vt quidam authores sunt,

¶ Ripa Caystri & c. Eteĩm cygni apud Caystrum
Lydię fluuium habundãt, cuius memor est Plini⁹
li. v. ca. xxix. de cygnis vero libro trigesimo. ¶ Ad-
uerso gaudēs. Alludit ad Ouidiũ, & simul auis na-
turam. Canit em̄ in de arte, Si tãtus spectes illa re-
condit opes, Phasis Colchorum est fluuius. hinc
Phasianus nobilissima auis dicitur. Cætera satis
sunt aperta.

Nunc super est vt adhuc populi cõmercia, dicã.

Multiplices & opes, mercatorũq; cateruas.

Qui fora scuruatim tua Lips, & mœnia quęrunt

Cũ Zephyrus verno fœcundat rura sereno.

Et redit Autũnus pomis v̄mbratus & vuis.

G ij

Brumaqꝫ nos cogit Iani meminisse bifrontis
Mensibus his semper, certisqꝫ his partibus anni
Quicquid vesp̄ habet, vel quicquid donat Eous
Ad Lipsim rapitur cursu fremituqꝫ secundo
Vix populū, turbamqꝫ vñs capientibus omnē.
Hic quicquid Calybes fodiunt, & Dalmata cœca
Sub tellure legit, quicquid Calletia diues
Eruit, hic quicquid precioso tinxit ahenō
Fucavitqꝫ Tyros, & murice Sparta secundo
Ponitur, huc auidi mittunt sua vellera Seres
Huc quicquid pinxere Phryges, radioqꝫ sonāti
Cōtulit Assyria, Babylon Caldea, sub vmbra.
Huc veniūt Bimari, certantia vasa, Coryntho
Huc auro solidi crateres, fuluaqꝫ passim
Et quę Mentoreo, perfecta toreumata, celo
Aut iures Phrygio, solum tractanda, ministro.
Nunc Indi, rubriqꝫ potest quis nā equoris ignes
Quis gemmas numerare valet, non segnis Iaspis
Hic viret, arcano Amethystus fulgurat ostro
Electra hic crebris delectant mista Smaragdīs.
Hic & Sardonyces, Lychni, flammisqꝫ Pyropi
Collucent, varijs Hyacinthi hic ducta figuris
Cerulea preradiant, Opalo confusus Apistus
Splendet, & in fragili teretes Adamāte Cylindri
Et quoscūqꝫ ferit vaga Thetyos vnda lapillos.

Quosq; tumēs Indus, clarus q̄s fundit Hydaspes
Et quos Aethiopum mittunt, Lybięq; coloni.
Quotq; Ichnusiācis, Siculiq; leguntur in oris.
Impiger huc alio transfert mercator ab Orbe.

SCHOLIA

¶ Nunc super est: Venit poeta ad Nūdinas illas
Lipficę vrbis describendas. quę cum quotannis
ter celebrētur adeo magno mortalium ex diuersis
simis regionibus cursu, & frequentia, vt nihil ip̄e
opus habeam. vel iota addere, quum & noster po
eta in his elegantissime luxuriet. & magna hic ora
tiōis vbertate vtetur. Nos, si quę min⁹ aperta oc
currerint ea nonnihil explicabimus,

¶ Sturnatim idest cateruatim, Sunt enim sturni
aues quę semper cateruatim volitant, hinc aduer
bium non inelegans venit sturnatim.

¶ Cum Zephyrus, Ita poeta periphrafi nūdinas
quas vulgo vocitant paschales circūloquitur Sūt
enim & quę in Autūno post diui Michaelis ferias
celebrantur. Sunt quę instant Calendis Ianuarijs
hinc ait. Bruma, ea est hyemis pars qua dies imi
nuuntur, eaq; et calendis Ianuarijs finitur. Por
ro quod ait Iani bifrōtis neminem arbitramur la
tere Ianum deum esse, qui calēdis Ianuaris in prī
cipio noui anni a veteribus colebatur. Antiquitas
eum fingebat bifrontem, hoc est duas frontes ha
bentem, quo ipse ianitor coeli, nō opus haberet ca
put flectere vel ad introeunteis vel exeunteis, at
q; reuertem Solem vel primū exeūtem. Quemad
modum elegantissime oīm Naso noster libro fa
storum primo scribit. ¶ Eous oriens dicitur ab
ἠώς aurora, hinc quia ἠ est in gręco poetę frequen

2
tius producunt. Noster fistoli vsus videri potest.
Solet autē corripī dum Solis equum notat, quos
Naso. ij. metamorphoseos describit.

¶ Hic quicquid Calybes, qui, vt in duodecimo
Strabo scribit operadores sunt metalloꝝ, & ex me-
tallis viuunt, populi in Ponto, Alybes olim dicti
Multa de his Strabo. ¶ Dalmata &c. Imitatus ite-
rum Pliniū qui libro trigesimo tercio ca. iij. scribit
sub Nerōis principatu esse aurum in Dalmatia &
reperitum & effossum, qui autē sint alioqui populi
notum est, adiacent em̄ Panonibus Ex quibus &
Hieronymus prognatus creditur.

¶ Callectia regio est Hispaniē in qua cōplurimē sta-
tenfulē, siue, vt vocant alij, aurifodinē habentur,

¶ Tyros Phēniciē vrbs in tingenda conficienda
q̄ purpura primas habet. Post eam optima cen-
setur Laconica purpura. hinc inquit Sparta (que
vrbs est Laconiē) secundo murice.

¶ Seres .populi sunt orientales, a quibus sericum
dictū est de his copiosissime Plini⁹ lib. vi. ca. xvij.

¶ Phryges populi, vt Plinius. in. v. adiacentes
Troadi, in texendis atq̄ acu pingēdis vestib⁹ ex-
cellentissimi, ibiq̄ id reperitum est, hinc adhuc arti-
fices huius rei Phrygiones a scriptoribus dicun-
tur. ¶ Babylon Caldea. Est enim Caldeorū ca-
put Babylon, Porro inquit sub vmbra Assyria,
quod non paruo tempore sub Assyriorum rege
Babylon fuerit.

¶ Bimari Coryntho. hoc est. inter duo maria iacē-
ti, ob id em̄ Corynthus dicitur Bimaris, Est autē
nobilissima Archaie vrbs, que olim Ephyre dice-
batur, quā a Rhomanis euersam. dolet in de offi-
cijs Cicero, in illa euertenda varij generis metalla

confluxerunt atq̄ ex eorum coitu factū est es Cos
rynthium quod olim in Rhomanorū delicijs ha
bebatur & hic vasa etiā Corynthia dicta, ad quę
alludit poeta noster. ¶ Et Toreumata perfectā
mentoreo celo. Sunt autē Toreumata pocula tor
no fabre facta. Siquidem τορευειν gręce est torna
re, Porro celo Mentoreo, id est, Mentoris (qui op
tim⁹ sculptor fuit vt Plini⁹ li. xxxiij. ca. xi. scribit)
instrumento. Nā celum sculptoris est instrumen
tum a celando dictū. ¶ Ignis, id est, gemmas. Ru
bri equoris, id est, maris rubri, quod aliī ita dictū
arbitrantur ab arena rubra, Nam gręci etiam il
lud appellant erythreum. Sed Hebręi nominant
suph, id est, mare iuncosum, & caricosum. qđ ibi
caricū dēssima & maxima copia fuerit, quā rem
IOANNES Capnion doctissim⁹ atq̄ integerri
mus homo nostręq̄ Germanię præcipuū decus
annotauit libro rudimentorū secūdo. & nostrates
quoq̄ Iudei id testantur. ¶ Iaspis hic viret. Imita
tur atq̄ etiam exprimit iterum Pliniū lib. xxxvij.
ca. viij. dicentem Viret & sepe translucet Iaspis eti
am si victus a multis antiquitatis tamen gloriam
retinens etiā, quę sedulus lector quęret,
¶ Amethystus, quoq̄ gemma est in India absolu
tum purpurę colorem habēs. vt Plini⁹ lib. xxxvij
ca. ix. scribit. hinc poeta arcano ostro ait, ¶ Sma
ragdus. viridis est gemma cuius naturā Plinius
harum rerum optim⁹ author, copiosissime trigesi
mo septimo ca. v. mox in capitis initio, ¶ Sardos
nyx gēma est cōpositum habens nomen a Sardo
lapillo alio & onyx, cui vnguis humani cādor est
ea gēma Scipio inter Rhomanos primus vsus est
videatur Plini⁹ xxxvij ca. vi. Ptolomeus a Sardo

nice Indię monte deriuari arbitratur, ¶ Pyrop⁹
est gēme genus splendorem habēs igneum, quod
& nomē indicat Nam πῦρ gręcis ignis dicit̄ ω
vero oculum & aspectum sonat, hinc & in ij. meta
morphoseos Naso, Clara micāte auro flāmasq̄
immitāte Pyropo. Cęterū Lychnus gēme genus
lucellarū colorem habens.

¶ Hyacinthus cuiusmodi gemma sit copiose Plin
nius lib. xxxvij. ca. ix. est enim Iaspidis species. vt
ex eo legere est.

¶ Opalus q̄ sit preciosa gemma atq̄ solum in In
dia proueniens toto capite explicat Plinius, nem
pe sexto libri trigesimali septimi, quapropter nihil
opus habeo hic esse lōgior quum is author ad ma
num sit, & harū rerum plenissimus scriptor. apud
quem in eiusdem libri decimo capite Apistum ni
gram & pōderosam esse gēmam inuenies lector,
venis nigris ipsam distinguentibus.

¶ Infragili Adamante, quod frangi non possit,
Etenim nulla re vel diuidi vel frangi potest q̄ hir
cino sanguine & eo quidem calido. quo ita mol
lescit vt tandem sub incude vix frangetur, hinc di
ctum adamanta volunt ἀπο τοῦ ἀ priuatiua par
ticula & δομαῶ siue δομαζῶ quod est domo,
Cylindrus vero cuiusmodi lapis & vnde proue
niat idem Plinius libro vltimo capite. viij. perscri
bit. ¶ Tethys Tethyos Neptuni est vxor filia vt
ali, Cœli & Vestę, vel vt Naso in fastorum libro
iij. Titani, Saturni fratris. Apud poetas frequen
tissime pro mari ponitur.

¶ Indus & Hydaspes fluuū sunt Indię gemmife
ri de quibus nemo non scribit.

¶ Quotq̄ Ichnusiatis in oris, Hoc est, in regio

ne Sardinia, quam græci Ichnusiam appellitant
Nam, si cosmographis creditur, formā habet ve
stigiū humani, Grece autē, ἸΧΝΟΣ vestigium signi
ficat. De Sardinia autē atq; Sicilia apud neminē
melius q̄ Liuium & Polybium inuenies.

◀ Impiger mercator. Pulcherrimū epitheton, Sic
Horatius Impiger extremas curris mercator ad
vndas.

Hic tibi monstrantur Phidię quę credere possis

Marmora, Si pictas mauis spectare tabellas

Hic est quę Coum vincat pictura magistrum

Hic & foelices iactant sua thura Sabei

Hic Cylices, & fila croci, sua balsama molles

Hic redolēt, vendūtq; Syri, nunc messis Amomi

Nunc Casię nō pauca seges. nūc cinnama larga

Caucaseumq; piper, Pharij nūc vimina Costi

Surgunt. & grato nares remorantur odore.

Hic Nomodū nec cessat ebur, nec barbara Citr⁹

Myrrhina nec cupidis, hic nec Cristallina desunt

Nec calices quos Nilus amat, pcurrere sed quis

Cuncta potest. hic est procerū quod cura ducūq;

Nō fugiat, quod fortis eques, qd' splēdid⁹, & qd'

Luxuriosus emat, nec non quo pauperis vsus

Indigeat, mystesq; pius quod vendicet gre

Et redimat quod turba suo studiosa, decorus

Hic est quod iuuenis petat, & virguncula gestet

Et matrona decens, hic quod tellure, mariq;

H

Profit & humanos iuuet, excipiatq; labores,

SCHOLIA

¶ Phidieus fuit celeberrimus sculptor atq; statuarius, cuius memor est Plinius eius opera recensens .xxxiiiij. ca. viij. & alibi. Vult ergo poeta hic vendi eiusmodi marmora, quæ quis a Phidia elaborata possit credere.

¶ Coum magistrum. Intelligit Apellem pictorem de quo omnia authorum volumina pene plæna sũt. tam est famatus & celebris, cum primis Plinius videat libro .xxxv. ca. x. Fuit autem ex Co insula oriundus, quod vel illud Ouidianum indicat, Si Venerem Coum nunquam pinxisset Apelles, Merfa sub æquoreis illa lateret aquis.

¶ Saba regio est Aegypti, producens thus, habens nomen ut plerique volunt a cultu & sacrificio deorum, quod hi omnium maxime thure placandi sũt vel Catonis sententia. Etenim σεβειν colere est. hinc ευσεβεια dicitur religio & deorum cultus. Alij tamem aliter. de his Strabo. lib. xvi. ¶ Cylices Crocum in Cylicia optimum prouenire præter alios noster Plinius. xxi. ca. vi. scribit. ¶ Syri qui sint auditum est supra. Porro amomum frutex omnium odoratissimus crescit in Media, Ponto. sed optime omnium in Armenia. ¶ Casiam quoque herbam esse odoriferam eamque duplicem nempe candidam & nigram lib. xij. ca. xx. Plinius scribit, Crescit autem iuxta Arabiam odoriferam, ut & Pedatius Dioscorides lib. i. ca. xij. scribit.

¶ Cynnoma & cynomonum quod idem est genus aromatis preciosissimum, de quo Plinius lib. xij. capite vigesimo, & lib. vi. ca. xxix.

¶ Cacaeseumque piper. Etenim illud in Caucaso In

die monte nascitur. hinc non inelegans epitheton
apposuit. ¶ Balsamū aromatis genus omniū pre-
ciosissimū, quod in India tantum nascitur & qui-
dem solum duob⁹ hortis, quemadmodū Ioseph⁹
in antiquitatibus scribit, Videatur etiam Plinius
lib. xij. ca. xxvi. Dioscorides lib. primo ca. xx. &
ali⁹. ¶ Phari⁹ Costi, idest, Aegyptiaci Nascitur
enim Costum in Aegypto frutice quidē inutili,
sed radice satis odora. lib. xij. ca. xij. Plinius. Dio-
scorides lib. i. ca. xvij. ¶ Barbara citrus, Barbara
inquit Nam est peregrina arbor Siquidē ex Mau-
ritonia vsq³ Rhomam vehebatur. ex qua confe-
cte mense summo habebantur precio, ad quas &
Persius satyra prima alludit, Non quicquid de-
niq³ lectis, Scribitur in citreis.

¶ Myrrhina, intellige pocula ex Myrrha confe-
cta que & ipsa cum cristallinis maximi estimabā-
tur. Quemadmodū & ex Aegypto Rhomā vehe-
bantur calices vitrei, qui & ipsi plurimi sane pen-
sitabātur. Reliqua satis sunt aperta nisi quod my-
stes hic a grecis sumptum, sacerdotem notat, qui
arcanis rebus preest.

Nunc ad postremū decus, & quo nomine claros
Lips adit ipsa polos, atq³ ethera vertice pulsat
Appropero, sileant Eurus, Nabatheaq³ regna
Secreto de fonte viros, phialaq³ bibentes
Tantalea, gentes longeuos Gymnosophistas.
Ethiopum taceant. pudeat te magne tuorum
Nile sacerdotum, nec doctos Persia iactet
Vnq³ elata magos, Druidas & Gallia clauso

H ij

Ore premat tandem .

Quicquid sole Rhodos celebrata, & mœnia magni

Quicquid Alexãdri docuerũt, Ephesiꝫ potentis

Et quicquid Thebꝫ veteres triuere per artem

Quicquid & ingenuis Pallas mōstrauit Athenis

Ad Lipsim spretis, migravit ab Hellide, Græcis.

SCHOLIA

¶ Nunc ad postremũ decus, Vertit sese iam ad A
chademiã, eã ab omni disciplinaꝫ genere laudãs,
Et plane lector, si obticere veritatem noluerimus,
fatendũ est Lipsiꝫ eam esse Academiam, siue dis
cendi docendiꝫ institutũ moremꝫ consideres, si
ue eruditissimorũ hominũ copiam, siue ea omnia,
quę aut faciunt, aut vtcumꝫ conferunt ad lrarum
studia, fatendum dico eam esse Lipsensem Scho
lam, quæ vix vlli cedere possit vel Germaniꝫ vel
Galliꝫ, ne dicam Italiꝫ. de qua CROCVS noster
Britannus homo eruditissimus scribit honorificẽ
tissime in Encomio in hanc rem instituto, & nup
IOANNES Reuschi⁹ noster amic⁹ nõ infortunã
ter in eius mastygas inuectus est. Nos ne videamur
actũ agere si post Buschium, Crocum, Par
theniũ Andronicum & alios, plus equo lōgiore
esse velimus, paucis, quę minus exposita videbũ
tur, explicabimus. ¶ Sileant Euris, Per Eurum
poeta orientem atꝫ oriẽtales populos intelligit,
Nam Euris orientalis est ventus, Hinc & Naso
noster, quem hic poeta imitatur, canit, i. metamor
phoseos. Euris ad auroram, Nabatheaꝫ regna
recessit, Porro Nabathea regna, dixit orienta
lia Si Iosepho in antiquitatib⁹ creditur, a Nabat

Ismahelis filio, qui ab Euphrate vsq; ad mare iu-
brum omnē prouinciā, quam cum fratribus suis
tenebat, Nabatheā de suo nomine appellauit, Et
tiam Nabatheī sunt foelicis Arabiē populi, apud
quos patrimoniū decoquēteis publica pœna affi-
ciebantur. verum qui auxerant. publicos honores
merebantur Plinius lib. vi. ca. xxvii.

¶ Secreto de fonte viro. Brachmanas Indiē Phi-
losophos intelligit, quorū princeps fuit Iarcas,
quando Appollonius Thyane⁹ discendi cupid⁹
eos adiit, quem & alij & Iarcas celso & eo quidē
aureo throno sedens, salutauit. Atq; alij sedebant
in sellis humilioribus, & congressu philosophico
finito ostendit Appollonio Iarcas statuam, Tan-
tali subscriptiōe notatā, quattuor cubitorū longi-
tudinis, quē similis propinanti phiolam porrige-
bat, in quam humor distillabat, incorruptibilis
portionis Phialam mensura nunq; excedentis, ex
hoc Tantali poculo bibere solebant Indici philo-
sophi anteq; somno indulgerent. & ita Iarcas po-
tandi principium foecit, ex Phiala bibens, quē lar-
giter cunctos faciauit, iugem humorem fundens
non secus ac si ex fonte scaturiret. Hinc poeta no-
ster secreto de fonte. Hi philosophi quum iam sa-
tis bibissent vt idem Philostratus scribit, corpora
in lectis herbatiscis sternebāt. ¶ Phiala Tantalea
idest, quam porrigebat simulachrū Tantali, quē
pocillatorem foecerant, quod hic amicissimus mā-
suetissimuscq; erga homines habitus est.

¶ Gentes Aethiopum, id est, Aethiopice taceant
longeuos gymnosophistas, ita dictos q; nudi phi-
losophentur. γυμνος enim nudus dicitur. de his
passim multi scribunt, imprimis Plinius lib. vii.

ca. ij. & libro .xij. ca. vi. ¶ Pudeat te magne tuorum. Nilus Aegypti fluvius est famatissimus, septē hostijs insignis, oriū vero in Paradiso, appellaturq; hebraice Gichen vt genseos. ij. habetur, per hunc Aegyptum intelligit, in qua philosophi sacerdotes erant Etenim ex philosophis creabantur sacerdotes, ex sacerdotib; seligebantur reges. hic appellabantur ter maximi vt Mercurius ille Trimegistus, de hac re multa Picus & alij.

¶ Nec doctos magos iactet Persia hoc est. suos philosophos, Nam quos Græci sophos siue philosophos nominat, Caldeji (vt Hieronymus in Daniele,) vel vt alij, Persę magos vocitant.

¶ Gallia premat clausore Druidas. q̄s esse Gallicę philosophos ita luculenter nobis eloquentissimus veterū Iulius Cæsar describit in cōmentariis belli Gallici libro sexto. Druides rebus diuinis intersunt, sacrificia publica & priuata procurant, religiones interpretantur. ad hos magnus adolescentiū numerus discipline causa cōcurrit, magnūq; versuū numeroꝝ ediscunt, Itaq; annos nō nulli viginti in disciplinis permanent, Neq; fas esse existimant ea literis mandare, quum in reliqs fere rebus, publicis priuatiscq; rationibus gręcis literis vtantur, videatur ibi Cæsar qui pulcherrima addit. & non pauca de Druidibus. ¶ Rhodos in sula literarum studijs & in primis oratoria floruit, quo se & M. Cicero adolescens contulit vt audiret Appollonium rhetorem tūc temporis celeberrimū, Plutarchus in vita Cicerōis videatur. Porro inquit celebrata sole, idest. colosso solis, quod vnum ex septem mundi miraculis censetur. Plini; lib. xxxiiij. ca. vij. legendus. ¶ Quicquid Mœnia

magni Alexandri. hoc est. Alexādria quam Alex
ander condidit, vbi Dydimus olim docuit & po
stea Origenes Adamantus cognominatus eccle
siasticā habuit scholam. succedens doctissimo vi
ro Clementi presbytero. ¶ Ephesiq; potentis, in
quo Asię oppido quondā celeberrimi fuerunt ora
tores vt & Cicero testatur.

¶ Veteres Thebe, Thebas Grecię intelligit, in qui
b; vt & Hieronym; cōtra Ruffinū scribit docuerūt
Pythagorę auditores Archipp;, & Lysides, q̄rū
illud est ΦΕΥΚΤΕΟΝ ΠΑΝΤΑ ΠΑΣΙ ΚΑΙ ΕΚΚΟΠΤΕΟΝ, ΑΙΣ
ΘΕΝΕΙΑΝ ΜΕΝΤΟΥ ΣΟΜΑΤΟΣ, ΑΠΑΙ ΔΕΥΣΙΑΝ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ
ΑΚΟΛΑΣΙΑΝ ΔΕ ΤΗΣ ΓΑΣΤΡΟΣ, ΣΤΑΣΙΝ ΔΕ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ,
ΤΗΝ ΔΕ ΔΙΑΦΩΝΙΑΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΙΚΙΑΣ, ΚΑΙ ΚΟΙΝΗ ΑΠΟ ΠΑΝ
ΤΩΝ ΤΟ ΑΚΡΑΤΕΣ. Hoc est, fugiēda sunt om̄ib; mo
dis & abscindenda, languor a corpore, impericia
ab animo, luxuria a ventre, a ciuitate seditio, a do
mo discordia, & in comune a cūctis reb; intēpātia
¶ Ingenuis Athenis, quę artium et disciplinarum
omniū procreatrices & altrices habitę sūt, ex qui
b; nobis Plato, Aristoteles, Socrates, Demosthe
nes, Aristophanes & alij innumeri prouenerūt. de
illis nihil potest satis dici. ¶ Ad Lipsim. Et plane
lector optime, hi iam authores enarrātur Lipsiæ
quib; neq; Gręcia, neq; Italia doctiores habet, &
Linguar; studia (res vna literis omnibus tam ne
cessaria q̄ salutaris) synceriter & diligētissime tra
ctantur. Totq; hic egregia ingenia cernere est, vt
breui hanc Academiā iam ante om̄ibus discipli
nis florētissimā. multo adhuc celebriorem sint red
ditura, Ceterum Hellas Achaię est regio, non in
frequenter tamen pro Grætia accipitur. Nam &
ελλην gręcum significat.

Philosophi. Hic adsunt qui semper amant occulta latentis
 Nature, & varias coeli disquirere causas
 Hic qui virtutum, morumque volumina condunt.
 Quique sciunt latebris obscurum educere verum.
Medici Quoque necaturos tollant medicamina, morbos
 Restituantque egris solatia, spemque salutis
 Non dubiam, positosque leuent haud segniter artus
Geometre et Hic audita patent, fluctus & scire natantis
Aritbmetici Hic pelagi, hic terre numeros, orbisque licebit
 Noscere, & Archimedis curas spectare sagaces
Musici Pythagoraeque sonos, vatumque eterna piorum
Doctores Carmina, & antiqui monumenta retexere seculi
Oratores Fluminaque eloquii, vnique omnem, & fulgura fandi
Jurisperiti. Percipere, & duplicis nodos euoluere iuris
 Aethereaque domos tentare. atque extrema mundi
 Regna super Phoebi radios, super ignia Martis
Theologi Astra, superque Iouis clemens & nobile sidus.
 Falciferique senis stellam, pigrosque meatus
 Et super octauae, flammata volumina, sphaerae.
 Inque ipso extremi mundi considere dorso
 Sunt ubi iustorum sedes, campi que patescunt
 Luminis immensi, maiestatisque tremendae
 Regnaque ubi, & stabiles regum moderatur habenas
 Conditor omnipotens, quem pondus & arduus ether
 Terraque, & igniuomi lux tota tremescit Olympi.

SCHOLIA

¶ Iam esset nobis latissimus cāpus dicendi de præclarissimis huius Academię luminibus, sed ne in immēsum opusculū hoc excrescat, neue mihi adulationis crimen impingi possit omnia posthabebo, Sat sit nobis celeberrimi poetę Buschi testimonium plane honorificū de hac Academia, quę qualis quęlis sit, iam tres alias non parui nominis ex se propagavit. Verum hæc carmina satis aperta sunt de Archimede Syracusano Geometra præstantissimo si quis legere vult videat Liuium lib. iij. iij. decados. Ciceronem in quinta Tusculana. & alios.

O foelix nimium o terq; quaterq; beata
Lips illustre caput tantas quę dotibus effers
Et fama magnas vrbes post terga relinquis.
Vellere Miletos celebratur, murice vincit
Exultatq; Tyros, calidis Sinuessæ superbit
Fontibus, euerse vino valuistis amyclę
Et portu, & niueis blanditur Luna metallis
Marmore se viridi cōmendat Sparta, Venafrum
Palladio nomen, famamq; meretur oliuo,
Nobilitant Pestumq; rose, liniq; Faliscos
Gloria, Tyrrhenę, Clusinaq; mœnia, testæ
Sed tecū moneo nunq; me iudice, certent.
Quę luce ingenij, quę fertilitate, virisq;
Et cultu quasuis vrbes, & moribus equas.
Quid dicā? laudes vel felicissima cunctas

Hinc tibi præcerpis, hinc omnia semina, causas
Hinc trahis immodicas, & late pignora fame
Illustris quod te patria virtute tuetur
Gaudet & esse sua, fouet, adiuuat, auget, amatque
Quem longe mallet. quæ priscum Aegyptus Osyrim
Quam Phœbum geminæ vertex, quæ Castora frigens
Eurotæ, folijs hederæ quæ Nisa virentem
Nyctileum, profugi quæ stantia moenia Cadmi
Amphitrionidem, Princeps fortissimus inter
Claros Marte duces nostri GEORGIVS cui
Magnanimi ALBERTI soboles, & vera ppago
Astriferum cuius virtus transcendit Olympum
Et terras implet numerosis fama triumphis,
Surge age, quæ tantis excellis laudibus, & quam
Non nisi tranquilli meruerunt noscere diui
Surge age, & æthereo, foelix caput, infere, caelo.

Carminis finis

SCHOLIA.

¶ Conuertit poeta sermonem ad Lipsiam suam quam hactenus non vanis laudibus extulit.
¶ Vellere Miletos. Est enim Meoniæ vrbs Miletos, ubi optima omnium lana reperitur. hinc et Maro dixit Miliesia vellera. ¶ Sinuessæ vrbs est Capaniæ, quæ quondam calidas aquas habebat, quarum & Marcialis poeta libro. xi. meminit, A Sinuessanis conuiuia Philostratus vndis. Conductum repetens nocte iubente domum. Strabo lib. v. scribit has has

Ans Illustri-
ssimi, Principi-
pis Georgij
patriæ patris

rum aquarū balneas ad egritudines quasdam fuif
 se accommodatissimas ¶ Amicle. Campaniē oppi
 dum fuit vini satis ferax, a serpentibus euerfum vt
 & Plinius lib. iij. ca. v. scribit Hinc Silius ait a silē
 tio dirutum. ¶ Luna niueis metallis, hoc est .can
 dido marmore, Etenim et Lunēse marmor apud
 Plinium est celebre, & metallum omē id quod ex
 terra foditur & perscrutatur Siquidem μεταλλω
 est perscrutor. Plinius noster Rhomanorū doctis
 simus videatur lib. xxxvi. ca. v.

¶ Sparta Laconiē oppidū, eius autē regionis &
 viride et optimū marmor supra auditum est.

¶ Venafrum autē Campaniē est qui vbi oleū om
 nium grauissimū nascitur Eteñ venafranum ole
 um reliquis omnibus prestat. Strabo lib. v. vide
 atur & Plinius, iij. lib. ca. v.

¶ Lobilitant Pestumq; Rosē, In hoc enim Apuz
 liē oppido bis annuatim rosē nasci dicuntur. Hinc
 authores imprimis poetē perpetuo epitheto rosas
 vocant pestanas. memor et huius Plinius lib. iij.
 ca. iij, et Strabo libro. v. Marcialis canit, Pestanis
 rubeant emula labra rosas,

¶ Falisci qui alioqui Vitalienses appellantur Ita
 liæ sunt populi, lino prestātes. Plini⁹ lib. ij. de his
 & Strabo et alij Clusinum vero Hetruriē oppidū
 Quemadmodum Saguntinum in Hispania vas
 sis fictilib⁹ prestasse passim authores sunt memo
 res. ¶ Aegyptus Olyrim qui rex fuit Aegypti an
 tiquissimus ob virtutes suas post mortem deus es
 timatus. Eurotas fluuius Laconiæ preterfluens
 Spartam in quem etiam prosilire et se narando ex
 exercere solebant virgines Porro per eū Lacones in

telligit apud quos summo honore habebatur Ca-
stor. ¶ Vt Nictilæ⁹, in Nisa Indiæ vrbe regnarit
nulli nō cōstat. Per Cadmi mœnia intelligit The-
bas de quibus Naso in.iiij.metamorphoseos mul-
ta. Herculem autē heroa præclarissimum appellat
Amphitrionidem quod Amphitriōis filius est ha-
bitus. Ouidius in metamorphosi, Plaut⁹ in Am-
phitrione videndus, Ita his similitudinibus illust-
rissimū principem nostrum GEORGIVM Sax-
onum ducem effert, quem virum nullis nō literis
dignum, tenuis nostra dicēdi vena non satis pro-
merito efferre potest. Precemur igitur deum, qd̄
solum possumus, vt diuinum principem diu huic
reipublicæ laudatissimæ, atq; toti suæ inditioni
diu multūq; & incolumem & foelicem seruet. Nos
q; omneis post exutā carnem in beatorum sedes
perducere dignetur, Cui honor, laus, gloria, in se-
culum & vltra Amen.

τελος.

¶ Optime lector, plus q̄ credi potest, in excussio-
ne huius libelli festinatum est, tum etiam non satis
faustiter successit, quod calcographo deerant He-
braicę literę. ideo vides i epistola ad Illustrissimū
Principem, minus affabre Hebraica impressa E-
tenim nō stanneis sed ligneis typis, in grecis quo-
q; apices nō habebant. Etiam non semel ab ope-
rarijs cecutitū est. Idcirco lubet pauca subnotare.
In carmine D Magistri Christophori ita lege
Hæctibi tam placeat, q̄ placet illa mihi
B primo in vltimo carmine fati est in quibusdam
exemplaribus, pro vati.
B tertio pedes pro pedis

D primo in tergo, Heroditius Pro Herodotus. &
discreptus pro discerptus, Item viridia p virilia
D .ij. officium pro officiosum & in quibusdā oscu
linum pro osculum, Item in dorso Cyrhereius p
Cythereius impressum est.

F. ij. Teientius pro Terentius & mores p moras
G. i. obscipit pro obstrepit.

G. ij. Ianuaris pro Ianuarijs excusserunt. & Arch
aiæ pro Achaïe.

H. i. Cancafeum pro Caucasum.

¶ Reliquas labeculas, optime Lector, tu pro inge
nii tui candore & dexteritate facile emendabis.
Nobis præ negociorum cūmulo quo obruimur,
non licuit. Hęc boni tu consule, & vale ex Musæo
nro Philippeo Anno a virginis partu. M. D. xxi.

I ij



AD EXCELLENTISSIMUM ET
SUMMUM VIRUM IACOBUM
FABRI EX HORN BACH ME
dicinæ Doctorem & Vicecomitem Pa-
latinū, suū peculiarem patronum &
fauissorem Philippi Noueniani
Haffurtinī cliētis Epigrāma,

Ternum salue decus & spes vna tuorū
e Cui nūc multiplices nomē sparsisse p oras
Et nitida/laudis, fama gaudere perennis
Concessum est, quondam magnis laudate p orbē
Ampliuagi ducibus mundi . Quis nescit honore
Te Hessiacū coluisse ducē/ & tibi munera, digno
Innumeris tribuisse modis, dum vita superstes
Et quis Cęfareo te posse in numine scribas
Instituisse probos nescit? turpiq; creatos
Cyprigena, veteri iuri sociasse parentum?
Hæc tibi multūq; virtutum insignia quondam
Magnanimi reges poterāt donasse, p omnē hinc
Mundum te vegeti iuuenesq; senesq; seueri
Virtute & pietate insignem, tamq; probatis
Artibus, eximium norunt, seu sacra Theosis
Eloquia inspicias, seu pharmaca lecta sagaci
Dispertire manu inualidi releuantia membra
Aut sacri doctē diuina volumina / iuris
Enarras, plaudunt omnes doctiq; probiq;

Si me vel cithàra proles Oeagrià blanda
Vel me dulcifona testudine Phœbus Apollo
Donasset: virtutum illustramenta tuarum
Aut nihil, aut summis tantū me attingere labris
Copia permittet, nam me nunc ista fatigant
Religio, pietas, studium virtutis, honestas,
Hinc tibi sit paruo nunc carmine musa Philippi
Grata, tuo præbens seruo te semper Asylum.


τελος,


Lipsiæ ex Officina baccalaurei Martini
Herbipolensis, Anno Salutis humanæ
M.D. xxi.

OL 1702^a

X 220 3215

MC.





*Büschius ad ripas Rhoeni quoties sua carmina Rh
Cantabai, Nymphis curaque amorq; fuit.*

HERMANNIBVSCHII
PASIPHILIPOETAE
CELEBERRIMI,
LIPSICA, CVM
PHILIPPI
Noueniani Haf-
furtini, Scho-
lijs.



LIBRARY
UNIVERSITY OF
SAXONY-ANHALT